prædicto : modo obtempera mihi alio, ſcilicet quòd ſi aliquid cõſecutus fueris à colono pro futuro tempore locationis, quod mihi reſtitues. tu enim bene ſcis quòd ex quo ſolutũ eſt matrimonium inter me & te, non debes habere fructus.& certè ipſa hanc cautionem à viro debet conſequi. Viuianus.

A

a Iniuſſu.id eſt ſine iuſſu.ſic ſupra de orig. iur. l.ij.§. & quia. Azo.

b De peculio quidem. & quandoq; in plures : vt ſupra de pecul.l. in bonæ fidei.&.l.depoſiti.§.j. & not. ſupra eod.l. ſi cum dotem.§. tranſgrediamur.

c Factas. ſcilicet aget pater mãdati, vel negotiorum geſtorum:vt.C. de rei vxo. act.l.j.§. ſed nec ob impenſas.

d Vel amotas.& ſemper dic conſumptas : vt habeat locũ quod ſequitur de cõpenſatione.

e Maius peculium. quia iura in ſe continet : vt ſupra de pecul.l. quam Tuberonis.§.penult. & fina. &.l. peculiũ naſcitur. ſic & econtrario:vt ſup.de iudi.l. ſi fideicõmiſſum.§.tractatũ. Hu.

f Præſtandum. ſcilicet per cõpenſationem.ſed hodie huiuſmodi compenſatio eſt prohibita: vt.C.de rei vxo.actio.§. ſed nec ob impenſas. & facit infra eod.l.ſi filio. Accurſius.

g Et culpa. ſcilicet lata: vt not.ſupra eo.l.ſi mora. ſecundum Azo. & pro eo ſupra de pigno. actio.l. creditor. & ſupra mãda.l. ſi procuratorem.§.fin.ſed in vtroque ſubaudi, & culpa. Item ꝓ eo ſupra de rei vind.l.ſi poſt.ſed ibi nõ tenebaẽ cuſtodire poſſeſſor. Tu ergo dicas & de leui:vt not.ſupra eo. ſi cõſtante.§. ſi maritus. nam cũ dicit hîc,de dolo : ſubaudi, & lata culpa. cum ergo ſubiicit, culpa, de leui intelligitur: arg. infra de leg.j.l. ſi quando. poteſt enim eſſe culpa ſi ceſſauit ſeruitutib.vti,& ſic amiſſæ ſunt:vt i dicta.l.creditor.& in aliis:vt.s̃.de ędil.edic.l.redhibere.§.j.

iniuſſu [a] patris, de peculio [b] quidem agetur : ſed ſiue propter impenſas à filiofamilias factas, [c] ſiue propter res donatas à filio, vel amotas [d] ab vxore res peculiares : hoc ipſo quòd habet actionem pater ex perſona filij, maius [e] peculium fit : & ſic totũ eſt præſtandum [f] mulieri quod in peculio eſt : quia adhuc ſit quod vxori debeatur.

B

Maritus qui dotem reſtituit, tenetur cauere de dolo & culpa: & contra non reſtituentem iuratur in litem. Bartolus.

Maritum in reddenda dote de dolo malo & culpa [g] cauere oportet. Quod ſi dolo malo fecerit quo minus reſtituere poſſit, damnãdum eum quanti mulier in litem iurauerit [h] : quia inuitis nobis [i] res noſtras [k] alius retinere non debeat.

C

Poſt moram periculum rerum dotalium ſpectat ad virum.Bart.

Si poſt diuortium res dotales deteriores factæ ſint, & vir in reddenda dote moram fecerit, omnimodo [l] detrimentum ipſe præſtabit.

Vir tenetur perſequi ſeruos fugitiuos ſine culpa ſuis expenſis. Bartolus.

Si qui dotalium ſeruorum in fuga erunt,cauere debebit maritus, [m] ſe eos viri boni arbitratu perſecuturum,& reſtituturum.

D

Locationi factæ per virũ, vxor ſtare tenetur.ideo cauetur de intereſſe ſi contra fecerit.& penſio poſt ſolutũ matrimoniũ ſpectat ad eam:& ideo vir cauet ei de reſtituendo ſi eã perceperit. Alexã.

Si vir in quinquennio locauerit fundum, & poſt primum fortè annum [n] diuortium interuenerit : Sabinus ait non aliàs fundum mulieri reddi oportere, quàm ſi cauerit, [o] ſi quid præter vnius anni [p] locationem maritus damnatus ſit, id ſe præſtatum iri. Sed & mulieri cauendum, quidquid pręter [q] primum annum ex locatione vir conſecutus fuerit, ſe ei reſtituturum.

Oblatio debitoris purgat moram ſuam, & tollit omnem eius effectum. Alexand.

XXVI. IDEM *libro trigeſimo ſeptimo ad Edictum.*

Semel mora facta [r], ſi ſeruum dotalem poſtea offerẽte marito † mulier accipere noluerit, & ita is deceſſerit: [s] non debebit [t] ei precium eius maritus,vel heres eius : ne damnum ſentiat, quòd poſtea offerẽte [u] eo mulier accipere noluit. [x]

Licèt perſona actoris mutetur, non tamen mutatur qualitas actionis,ſcilicet reſpectu conuenti. Bartolus.

XXVII. GAIVS *libro vndecimo ad Edictum prouinciale.*

SI poſt diuortiũ mortua muliere heres eius cum viro parentéve eius agat : eadẽ videntur de reſtituenda dote interuenire, quæ ipſa muliere [y] agente obſeruari ſolent.

Quod vir ab eius vxore poteſt exigere, in eius bonis non cõputatur:& illud dicitur poſſe facere quod dicitur hîc in textu ibi, facere poſſe. & ideo in hoc cõpenſatio nulla obiicitur mulieri.Bar.

XXVIII. VLPIANVS *libro primo Inſtitutionum.*

FAcere poſſe maritus etiam

penes actorem : arg. ſupra de peti. here.l.illud. in princi. & de rei vindi.l. item ſi.§.fina.& ad exhiben.l.de eo.§. ſi poſt. & depoſi.l. ſi plures.§. fina. & de iure dot.l. ſi is qui. in princip. & quod met. cau.l. ſi cum exceptione.§. quod ſi homo. H.

m Maritus.ſi culpa ei⁹ interuenerit,alioquĩ cõtra:vt.s̃.de rei vin.l.ſi à bonæ fidei.&.l.ſeq.& depoſi.l.ſi ſine. Azo. & inſtit.de diui. ſtip.§.j.

n Primum forte annum. ex quo cœpit eſſe dotalis. H.

o Cauerit. ſcilicet mulier,ſecundũm. H.

p Vnius anni.ſcilicet pri mi. eius enim anni omnino incõmoda debet ſuſtinere vir : quia oẽs fructus eius anni lucratur:vt.s̃.eo.l.diuortio.§. impendia. Accurſius.

q Præter. aliàs præter, aliàs propter.

SEmel mora.] CASVS. Soluto matrimonio maritus fuit in mora reſtituẽdi dotales res mulieri, poſtea pœnituit & obtulit ſeruũ dotalẽ & alias res mulieri. mulier autem noluit accipere, poſtea prędictus ſeruus deceſſit. Certè nõ tenetur maritus ad eius preciũ, cũ mulier fuerit in mora vltimò. nec etiam heres mariti tenebitur: imò ipſo iure liberati ſunt. Viuianus.

r Semel mora facta. imò nõ videtur,cum omiſſa fuerit inſtãtia debiti repetẽdi:vt.s̃.de vſur.l.j.§.j.ſed dic ꝙ facta fuit,ſed poſtea fingitur nõ facta.

s Deceſſerit. ſine dolo & culpa mariti.B.

t Non debebit.ipſo iure: vt.j. de ſolu.l.qui decẽ. §.& ſanè.& dic vt ibi.

u Offerente.opportuno loco & tẽpore : vt.j. de ſolu.l.ſi ſolutur⁹. idẽ eſt ſi aliis modis purgetur mora:puta quia ſibi ꝓmiſit animo nouãdi,vel etiam nõ animo nouandi,re tamẽ præſente: vt d.l.qui decẽ.§.j. &.ij. & s̃.de cõdi.fur.l.parui.H.

x Noluit. facit.s̃. de peri.& cõmo. rei ven.l. illud.& de conſti.pecu.l. ſed & ſi alia. & infra de verb. obli.l. ſi ita quis.§. Seia. &.j̃. quorũ lega.l.vlti.§.fi.& de oper.no.nun.l. prætor.§. ſi aliquando.&.s̃.eo. l.ſi mora [a]. quia vltima mora nocet. Accurſius.

Flor. in litera eſt expũctu. Ant. Aug.li.2.c.2.

† Concor. glo. ſuper verb. currit. ibi,contra mora poteſt purgari. in ca.his quib⁹. extra de ele.

h Iurauerit. ex hoc not. quidam quòd actio ex ſtipulatu eſt arbitraria,licèt ſit bonæ fidei:vt.C.de rei vxo.actio.§.ſed & ſi nõ ignoramus. ſed hoc non ſequitur, quòd ideo quia iuratur in litem, ſit arbitraria : quia in omnibus bonæ fidei iuratur : vt ſupra de in litem iuran. in actionibus.& tamen conſtat quòd non ſunt arbitrariæ : nam omnia arbitraria ſunt ſtricti iuris. vel ſecundũm quoſdã eſt ſpecies propria actionis : vt aliàs nota.Azo.vt inſtitut.de actio. §. præterea. Item ſunt hîc & alia remedia : vt ſupra de rei vindi.l. qui reſtituere.&.l. ſi culpa.&.l. quod ſi poſſeſſor. Accurſius.

i Inuitis nobis. niſi ius habeat in re:vt infra de ſuperfi.l.j.§.is autem. vel iuſtam cauſam retinendi : vt ſupra cõmo.l.in rebus.§.quod autem. Azo. & infra de adquir. poſſeſ.l. ſi quis rem.H. & facit infra tit.ij.l.ſi cum dos.§.fina.&.l.ſequen.&.C. de pac.l.ſi. Accurſius.

k Res noſtras. ſpe,non re.ſic ſupra eo.l. diuortio.§. ſi fundus. &.l. ſi conſtante.§. ſi maritus.

l Omnimodo. etiam ſi apud mulierem erant futuræ deteriores: vt infra de lega.j.l.cum res.§. fina. Alij ita demum, ſi non contigiſſet

E

SI poſt diuortium.] CASVS. Soluto matrimonio mulier deceſſit. vnde heres mulieris agit contra maritum ad dotem, & vult eũ facere condemnari inſolidum,cũ non ſit ſoluendo. Certè non poteſt. eadem enim videntur de reſtituenda &c.vt dicit litera. Viuia.

y Muliere agente. hoc quo ad partem coniunctã:vt.s̃.eo.l. rei iudicatæ.§. fina. &.j̃. de re iudi.l. ſicut. in prin. Pars autẽ agens aut eſt extraneus heres,& non habet priuilegium:vt.C.de pri. do.l.j. aut de filiis,& tunc ſic:vt.C. qui pot.in pig.habean.l.fi.§. exceptis.

FAcere.] CASVS. Dictum eſt ſupra eod.l.maritum. quòd maritus non poteſt condemnari niſi inquantum facere poteſt cum non eſt ſoluendo, & mulier agit contra eum ad dotem ſoluto matrimonio. hîc autem dicitur quòd in illo quod poteſt facere, etiam illud computatur quod debet à muliere recipere : veluti quia expendit aliquid pro ea conſtante matrimonio in res dotales fortè vtiliter vel neceſſariò, vel etiam mandato mulieris.

a] Limitabis hãc glo. per l. ſi per emptorem. cũ ſua gloſ.s̃. de act. emp. vt nõ procedat quando prior moro ſus cõmiſerit dolũ vel negligentiã in prima mora. de quo vide gl. in.l. hominẽ s̃. manda.

UNED

mulieris vnde ſi computato iſto quod debet ei mulier, bene poteſt ſufficere ſubſtantia ſua ad ſoluendam dotem deducto ne egeat: illa debita debet mulier remittere. ſecus autem ſi eſſet pro muliere alicui obligatus ſub conditione:quia non videtur ei abeſſe illud quod poſtea debet ſub conditione. vnde non habet eam obligatam ad illud:& ſic quantùm ad hoc non videtur facere poſſe. Viuianus.

a *Videtur.* quaſi dicat, id computatur in facultatibus viri. Azo.

ec.l.27.ſ. de nego. geſt. b *Conſequi poteſt.* de iure & de facto: alioquin eſt contra. ſ. de dolo. l. nam is. Azo. & facit. ſ. eo.l.ſi filio.in princ.

c *Sub conditione.* ſecus ſi purè: vt ſupra de nego. geſt.l.ſi quis mãdato.& l.ij.in fine.hoc tamẽ caſu mulier cauet:vt infra eod.l.cum mulier. Alij

l.40.ĩ.eo. exigunt hîc eum condẽnatum.argu.C.man.l.ſi pro ea.

* Exceptio ponitur regulæ traditæ l.2.§.quid ſi in patris.ſ. eod. Duar. hic.

Q*Voties.* ] CASVS. Dictum eſt ſupra eo. l.ij. §. quòd ſi in patris. quòd ſi pater dat dotem pro filia, ſoluto matrim.actio dotis debet eſſe cõmunis patri & filiæ: nũc ponit caſum quo ſolus pater habet actionem,ſcilicet quãdo ſtipulatur à marito incontinẽti cum ei dat dotem,eam ſibi reddi ſoluto matrimonio. ſi autem ex interuallo ſtipuletur ſine conſenſu filiæ,nihil agit.Sed quid ſi pater dedit dotẽ marito ante nuptias cõtractas? Certè quandocunque vult, ante nuptias poteſt ſtipulari : nec eſt ibi neceſſaria voluntas filiæ. [SI QVIS.] Titius dedit pro quadam muliere dotem Sempronio : & ſtipulatus eſt ab eo quòd quocunque modo matrimonium ſolueretur, ſibi Titio dos reſtituatur. ſolutum eſt poſtea matrimonium:& ſoluit maritus vxori dotem.Certè adhuc poteſt conueniri ab illo qui dedit dotem. Viuianus.

id videtur [a] quod à muliere conſequi [b] poteſt : ſcilicet ſi iam ei aliquid abſit quòd pro muliere aliquid expendit, vel mandato eius præſtitit. Cæterùm ſi nondum ei abeſt,vt puta ſub cõditione [c] eſt obligatus:nondum videtur facere poſſe.

B

Pater appropriat ſibi actionem de dote ſi ante matrimonium ſtipuletur, vel poſt tẽpore traditionis.aliàs ſecus,niſi filia ei conſentiat.Barto.

XXIX. IDEM *libro tertio Diſputationum.*

QVotiens * pater dotem dat, & ſtipulatur, ita demum in ſuam perſonam de dote actionẽ transfert,ſi ex continenti [d] ſtipuletur. Cæterùm ſi interpoſito [e] tempore ſtipulari velit, non niſi conſentiente filia poterit, quamuis in poteſtate ſit:quia deteriorẽ conditionem in dote filiæ facere non poteſt,niſi conſentiat. Planè ſi ante nuptias dotem dederit,poterit ex interuallo, ante nuptias tamen, & citra voluntatem quoque filiæ ſtipulari [f].

C

Si extraneus ſtipulatur dotem, ſolutio facta vxori maritum non liberat.Barto.

D

d *Si ex continenti.* tempore traditionis dotis : ſiue fiat traditio dotis tempore quo contrahitur matrimonium, ſiue poſt : vt. C. de iure do.l.cum à ſocero.ſi autem ante,tũc dic vt ſubiicit,planè,&c. Item no.quia ſemper dicit hîc,ſtipuletur. ſecus eſt ſi ſine ſtipulatione paciſcatur : vt. C.de iure do.l.auia.ſecus in extraneo : vt ibi,&. C.de pact.conuen.l.j.& eſt ratio vt in.l.auia.no.& not. ſimilia vbi ſtipulatio tenet,& non pactum etiam ex continenti : vt ſupra de relig.l. quod ſi locus. Accurſius.

e *Interpoſito.* non ergo dicitur incontinenti fieri quicquid fit conſtante matrimonio ſuper dote.M.contradicebat per.l.qui negotia. ſupra manda.ſed expone vt ibi.& dixi ſupra de pact.l.iuriſgẽtium. §.ſed cum nulla.& facit.ſ.ſi cer.pet.l.lecta.§.dicebam.& de pac.do. l.cum dos.&.l.ob res.§.j.& de iur.do.l.poſt nuptias.

E

a] Aliàs,ſecuto. f *Stipulari.* nec enim dos nec dotis actio dicitur mulieri quæri, niſi ſolut.[a] matrim. cum non ſit matrimonium : & ſic paciſcendo non nocet filiæ.

g *Ipſi.* ſcilicet danti.

h *Solueretur.* quod pactum valet:vt ſupra de pact.do.l.ob res.§.j.& C.de pact.conuen.l.legem.&.C.de rei vxo.act.l.j.§.accedit.

i *Competere.* econtra & maritum à muliere condicere poſſe vt indebitum:vt.ĩ.de ſolu.l.qui hominem.§.ſi gener.H.

N*vpta.*] CASVS. Nupta ſecundo viro bene poteſt petere dotem quam primo viro dedit. Fortè crederet aliquis contrarium : quia eſt in matrimonio, & dos non poteſt peti conſtante matrimonio. [QVOTIES.] Pro filia mea dotem promiſi Titio marito ſuo. antequam ſoluerem ei dotem, ſolutum eſt matrimonium inter eos morte filiæ meæ:nunc ego ago contra maritum de



A dote.certè ad nihil aliud mihi tenetur. niſi vt me obligatione dotis liberet.& quod dixit ibi,dotem in patre pro filia promittẽte, idem in extraneo.circa quod audi talem caſum: Extraneus promiſit dotem pro quadam muliere Titio marito ſuo : & non fuit ſtipulatus ille extraneus dotem ſibi reddi ſoluto matrimonio per maritum: vnde actio mulieri cõpetit. ipſa tamen deceſſit, & inſtituit heredem dictum extraneum.nũc agit ille extraneus contra maritum ad dotem. certè ad nihil aliud tenetur ei maritus, niſi vt liberet eum à dicta obligatione. Viuianus.

Si quis pro muliere dotem dederit,conueneritque vt quoquomodo dirẽpto matrimonio ipſi [g] ſolueretur [h],poſtea maritus vxori dotem ſoluerit: rectiſſimè dicetur, exactionem nihilo minus ei qui dedit cõtra maritum competere [i].

XXX. IVLIANVS *libro ſextodecimo Digeſtorum.*

NVpta [k] non impeditur quo minus cum priore marito de dote experiatur.

Non poteſt quis petere quod exactum cogetur reddere: ſed ſatis eſt debitorem liberare.Bart.

Quotiens * culpa viri [l] accidit ne dos à ſocero aut à quolibet alio qui mulieris nomine promiſerat [m] exigeretur,ſi aut in matrimonio filia deceſſerit [n], aut materfamilias facta eum qui dotem repromiſerat, heredem inſtituerit [o] : ſatis conſtat nihil amplius virum [p] præſtare debere, quàm vt eos obligatione liberet.

Pro qua parte bona mariti publicantur,pro ea parte ad dotem fiſcus tenetur.Bartolus.

XXXI. IDEM *libro octauodecimo Digeſtorum.*

SI marito publico iudicio dam

k *Nupta.* ſecundo viro. &facit infra de admini. tuto.l. tutores qui poſt. §.penul.

l *Culpa viri.* multò fortius idem erit cum ſine eius culpa hoc acciderit, quando periculum ſpectat ad mulierẽ,non ad virum:vt ſupra de iure do. l. ſi extraneus. & l.promittendo.§.ij.&.§. fina.H.

m *Promiſerat.* nec eam pactus fuerat ſibi reddi: vnde mulieri quæritur actio:vt.C.de rei vxor. actio.l.vnica. §.accedit. Azo. * Coniunge l.6.de condic.cau. dat.

n *Deceſſerit.* & ſic non habet heredem:vt infra de caſtrẽ.pecul.l.ij.Item idem ſi diuortium factum eſt, ſecundum Azo. vt ſupra de pecu. l. depoſui.§.j.

o *Inſtituerit.* idem ſi ipſa promiſſori ſuccedat : vt ſupra de iure do l. promittendo.§.fina.Azo.

p *Virum.* nec enim poteſt quis obiicere culpã ex qua lucrum habet:vt ſupra de iure do. l. cum in fundo.§.j. Azo. & facit ſupra de euict. l. Seia fundos.

S*I marito.*] CASVS. Quia maritus commiſit in. l. Iuliam de vi pri.fortè,tertia pars bonorum eius publicata eſt. & certè pro ea parte quæ publicata eſt, tenetur fiſcus reſpondere non ſolum creditoribus aliis mariti, ſed etiam vxori prædictæ. [SI PATER.] Promiſi marito filiæ meæ.cc.nomine dotis: & poſtea acquiſiui pactum ab illo marito quòd donec viuerem, non inquietaret me ſuper.c.de dictis ducentis.poſtea maritus fecit pactum cum vxore de lucranda dote ſoluto matrimonio.poſtea ego pater ſolui marito.c. de dictis ducentis.& poſtea ſolutum eſt matrimonium. volo agere contra maritum ad ducenta:certè non poſſum,quia non dedi niſi. c.Sed pone me deceſſiſſe. vult agere maritus contra heredes meos ex pacto de dote lucranda : certè bene poteſt petere illa.cc.quæ reſtabant à me ſoluenda. [SI VOLVNTATE.] Soluto matrimonio inter filiam meam & maritum ſuum,feci procuratorem vt repetat dotem à marito. cui procurationi filia conſenſit, & ſic condemnatus fuit maritus procuratori.poſtea ego pater deceſſi. Certè actio iudicati ex dicta ſententia debet dari filiæ meæ, & non aliis meis heredibus. [CVM PATRI.] Mulier quæ nupſit filio meo, mihi patri dotem dedit. poſtea ſolutum eſt matrimoniũ inter eos. & poſtea ego pater deceſſi inſtitutis duobus heredibus purè, & filio meo prædicto ſub conditione. mulier agit pro dote contra purè inſtitutos : & ab eis recuperauit dotem pro ea parte qua heredes erant. certè maritus quondam ſuus idémque inſtitutus à patre ſub conditione,non tenetur ei dare adueniente conditione niſi ſuperfluum dotis. & ſi ſoluat vltrà, non repetet à coheredibus. [SI FVNDVM.] Dictum eſt ſupra e.l.fructus. §. Papinianus. quod ſoluto matrimonio, pro ea parte anni qua ſtetit matrimonium, maritus debet lucrari fructus, & pro alia mulier. modo ponamus quòd mulier recepit fundum, & non recepit fructus pro ea parte anni qua non ſtetit matrimonium.certè adhuc petit dotem : quia



UNED

non eſt ei integrè ſoluta. ſicut ſi peteret partum ancillarum, vel acquiſita per ſeruos dotales. Viuianus.

a *Damnato.* caſus ablatiui abſoluti.

b *Aliqua.* puta tertia: & ſic quota: vt lege Iulia de vi priuata: vt. C. ad leg. Iul. de vi public. l. ij. ſecus ſi certa res: vt inſtitu. de fidei cōmiſ. hered. §. ſed illud. & C. de ſen. paſ. l. ſi debitor. Accurſius.

c *Neceſſe habet.* vt &. C. eod. l. ij. ipſe autem maritus dānatus in ea parte non tenetur: vt. C. de fideiuſ. l. j. & facit. C. de bo. poſ. l. ſi vt proponis. &. C. de donat. inter vi. & vxo. l. ſi res.

d *A ſe.* patre ſcilicet non petat gener. Accurſius.

e *Egerit.* pater fortè. idem & in filia: vt ſupra de iur. do. l. ſi extraneus. Azo.

f *Non intelliguntur.* vt & ſ. de pac. do. l. ſi.

g *Agere cœperit.* quia pactum fuit perſonale: vt ſupra de pact. dot. l. cū pater. &. l. ob res. §. fina. & matrimonium conſtabat adhuc. vel pactū fuerat dotis lucrādæ ad alia centum quæ non potuit petere à patre, quanuis promiſerat: quia fecerat pactum de non petendo ab eo tantum.

h *Iſta.* ſcilicet alia centum, quæ pater non tenebatur ſoluere. Accurſius.

i *Si voluntate.* quia ſi cōtra voluntatem datus: aut non ageret, aut filiæ non præiudicaret: vt ſupra eodem l. ij. §. j. Accurſius.

k *Iudicata.* ſecus in iudicio operarū facta condemnatione: vt infra de ope. liber. l. qui libertinos. §. ſed ſi iam. ſed idē ſi ſit tantùm lis conteſtata, vel non conteſtata: vt eodem titu. ſi operarum iudicio. & facit. C. de rei vxo. actio. §. & hoc. Sed arg. contra ſupra quibus mod. pig. vel hypo. ſolu. l. ſicut. §. ſi debitori. Item facit infra de iniuriis. l. ſed ſi vnius. §. fina. Accurſius.

* Nullū eſt hic Tribon. flagitium, quod quidā notant. nam Flor. verbū, gratia, per obliuionem calcographorum fuerat omiſſum vt inter errata impreſſionis ibi fuerat adnotatum.

nato [a] pars aliqua [b] bonorum eius publicetur, fiſcus creditoribus eius ſatisfacere neceſſe habet [c], inter quos vxor quoque eſt.

Dotem ſibi pacto remiſſam pater nō exigit ſoluto matrimonio. Bartolus.

Si pater, cum ducenta filiæ ſuæ nomine dotis † promiſiſſet, pactus fuerit ne amplius quàm centum à ſe [d] peterentur, & ſoluto matrimonio egerit [e]: centum, de quibus conuenit ne peterentur, nec intelliguntur [f] dotis eſſe. quòd ſi mortuo patre cum herede eius maritus agere [g] cœperit, iſta [h] quoque pecunia in dote erit.

Actio iudicati poſt mortem patris conſolidatur in perſonam filiæ, ſicut actio de dote. Bartolus.

Si voluntate [i] filiæ procurator à patre datus, litem de dote conteſtatus fuerit, & re ſecundùm eum iudicata [k] pater deceſſerit: iudicati actionem filiæ [l] potius quàm heredibus patris dari oportebit.

Quatenus ſolutum eſt mulieri, eatenus vir à coheredibus eius non repetit. Bart.

Cum patri dos data eſſet, & ei filius ex aliqua parte heres ſub conditione [m] inſtitutus fuerit, & pendente conditione coheredes eius dotem pro ſua portione mulieri ſoluerint [n]: hoc minus filius ex dote præſtare debebit [o]: quoniam nullam actionem eius pecuniæ [p] recuperandæ gratia aduerſus coheredes habet [q].

Fructus augent dotem: & ideo quod iuris eſt in dote, erit & in fructibus. Bartolus.

[ADDITIO.] Solu. ſecundùm Bartolum, quòd quando quis videtur alteri conſentire ex voluntate, videtur conſentire heredi eius: vt in contrario. ſecus ſi conſentit ex neceſſitate: quia tunc non videtur conſentire heredi. ſic ceſſat ratio inferendæ neceſſitatis in heredem, quæ tamen erat in defuncto: vt hîc.

l *Filiæ.* quaſi ipſa procuratorem dediſſet.

m *Sub conditione.* poteſtatiua. vel dic, in defectum eius exheredatur. aliàs non valeret: vt. j. de here. inſti. l. ſuus. Accurſius.

n *Soluerint.* ſcilicet ſoluto matrimonio. Accurſius.

o *Debebit.* ſcilicet filius, cum fuerit heres. aliàs non teneretur: vt infra de do. præleg. l. ij. §. per contrarium.

p *Pecuniæ.* ſcilicet vxori iam ſolutæ.

q *Habet.* ſcilicet nunc: licèt ſi extaret matrimonium, & famil. erciſ. ageret etiam inſtitutionis conditione pendente nondum factus heres, poſſet: vt ſupra famil. erciſcun. l. ſi maritus. & facit in eo. titulo. l. ſi filia. & de do. præleg. l. ij. §. idem Iulianus. &. l. pater. §. ſi poſt. &. l. penul.

A r *Quo.* id eſt qua portione: vt ſit figura ſynecdoche. Azo. & no. quòd fructus vltimi anni debent diuidi: vt. ſ. eo. l. diuortio.

ſ *De dote.* licèt non ſit dos, ſed dotis acceſſio. ſic ſupra commo. l. ſi vt certo. §. vſque adeo. item dic vt not. infra de verbo. oblig. l. Iulianus. §. j. [ADDITIO] Tu dic quòd illa lex nihil habet facere cū iſta: quia ibi loquitur quando dos eſt ſoluta perfectè, ſed in rem deficit aliquod ius: hîc quando dos non eſt perfectè ſoluta. & de iſta materia habes in l. non ſolùm. §. eleganter. ſupra de dolo. & per Cynum in. l. exhibitionis. C. de exhi. re. ſecundùm Bartolum.

Si fundum dotalem recepiſſet mulier, non habita ratione † fructuum pro portione anni quo [r] nupta non fuiſſet, nihilo minus de dote [ſ] agere poteſt, quia minorem dotem recepiſſet. hoc [t] enim ad dotis augmentum pertinet: quemadmodum ſi partum ancillarum [u] non recepiſſet, aut B legata vel hereditates quæ poſt diuortium [x] per ſeruos dotales adquiſitæ marito fuiſſent.

† Concor. c. generali cōſtitutione. §. qui autem & glo. in verbo redditus. itē facit gloſ. ſu per verb. fundatione. eo. c. de elect. lib. 6.

Qui promittit quod debet, intelligitur de debito cum effectu. h. d. Bartolus.

XXXII. IDEM *libro ſecundo ad Vrſeium Ferocem.*

SI prior maritus poſteriori dotis nomine [y] tanquam debitor mulieris dotem promiſerit: C non plus quàm id quod facere poſſit [z], dotis futurum eſſe.

Adhibitus ad ſtipulandum dotem animo donandi, poteſt eam à marito repetere: licèt maritus ab vxore adhibente nunquam receperit, ſi tamen ſibi ſucceſſit in hereditate, quamquam hereditas non ſit ſoluendo. h. d. ſecundum. Alexan.

XXXIII. AFRICANVS *libro ſeptimo Quæſtionum.*

D QVæ dotis nomine certam pecuniam promiſerat, quoſdam adhibuerat qui ſtipularentur partem dotis diſtracto matrimonio ſibi ſolui. ea nulla data dote obierat, eodem marito ſuo herede relicto. is damnoſam hereditatem eius adierat: nihilo minus ſtipulatoribus tenebitur [a], quoniam adeundo hereditatem debitricis, intelle-

t *Hoc.* id eſt fructus. Accurſius.

u *Ancillarum.* ſecus in fœtu pecorum, qui vt alius fructus diuiditur proportione anni: vt. C. de rei vxo. actio. §. itaque. ſed partus ancillæ non eſt in fructu: vt ſupra de vſufruct. l. vetus. arg. contra infra ad. l. Falci. Paulus reſpondit. §. j. H.

cc. l. Neſennius. j. de re iud.

x *Poſt diuortium.* vel cō ſtante matrimonio, vel ante, cōtemplatione tamen mulieris: vt ſupra de iure dot. l. ſi legato. &. l. ſi ſeruo. & de vſufruct. l. ſed & ſi quid donetur. Azo. & facit ſupra de rei vindi. l. ex diuerſo. §. j.

Ancillæ partus in fructu non eſt.

SI prior.] CASVS. Soluto matrimonio inter me & Titiam, ipſa nupſit ſecūdo: & ei me delegaui in id quod ei debeo. certè non poterit à me exigere ſecundus vltra quàm facere poſſum deducto ne egeam, ſicut nec ipſa poſſet. Viuianus.

y *Nomine.* aliàs gratia: aliàs nomine. Accurſi⁹.

z *Poſſit.* imò inſolidum cum ſecundus maritus ſit creditor mulieris: vt infra de re iudic. l. Neſennius. circa princip. & de except. dol. l. pure. §. ſi eum. & de noua. l. doli. in princ. & ſupra de E condi. ob cau. l. ſi donatutus. §. j. quæ ſunt contra. Solu. hîc promiſit prior vir ſecundo per hęc verba, promitto quod mulieri debeo. ibi vero, decem quæ mulieri debeo. vel quod ipſa mihi dedit in dotem argu. ſupra de iureiuran. l. eum qui. §. ſi mulier. & de conſti. pecu. l. iij. & inſtitu. de lega. §. ſed ſi vxori. Quid autem ſi poſt hanc promiſſionem fiat non ſoluendo? Reſpon. vt ſupra de iureiur. dot. l. ſi extraneus. Accurſius.

QVæ dotis.] CASVS. Vxor mea promiſit mihi. c. in dotem, & fecit ſtipulari Titium & Sempronium à me marito animo donandi eis dictam dotem, eis reddi ſolut. matrimo. poſtea mulier deceſſit antequam ſolueret mihi dictam dotem, & me heredē inſtituit, & ego eius hereditatem adiui, quamuis damnoſam. nunquid teneor dicto Titio & Sempronio? Et dicitur quod ſic. hereditas enim vxoris eſt apud eum loco dotis: & nedum prædictis ſatisfacere tenetur, ſed & aliis creditoribus mulieris. Viuianus.

a *Tenebitur.* ſi animo donandi eis inter viuos fuerint adhibiti. ſi autem ſtipu-

tem ſtipulanti ſimpliciter promiſit,præſumitur quòd non animo donandi:vt ſupra de iure dot.l.mulier.§. fina.quæ eſt contra. nam mulierum genus auariſſimum eſt:vt.ſ.de dona.inter vi. & vxo.l.ſi ſtipulata.& etiam quilibet præſumitur auarus:vt.ſ.de prob.l.cum de indebito.niſi ratio ſanguinis vel temporis aliud inducat:vt.ſ.de proba. l. Procula. & de dona.inter virũ & vxo. l.ſi ſeruus cõmunis. vel viciſſim factæ donationis:vt.ſ.mand.l. ſi verò non remunerandi.§.inde Papinianus. & aliis caſibus ibi not.& ita locum habet actio mandati.non autem tenere-tur maritus ſtipulatoribus, ſed fieret inter eos compenſatio . Si verò probatur animo donãdi factum,in dubio prę ſumitur cauſa mortis: vt.ϳ.de leg.iij. cum quis decedens.§.nuptura. & de do. præle. l. Seia. & hoc etiam poteſt ſic intelligi:& ideo poſſet reuocari:vt. C.de iur. do. l.ij.Accurſius.

Mulieres ſunt auariſſimæ.

* Id eſt non temere feciſſe, de eo prius delibe raſſe, vti ſolent facere qui cautè hereditates adeunt. Malè igitur legit Accurſius,ſe compenſaſſe.

a *Secum penſaſſe.* ſic. ſ. de euict.l. ſi ei.in princ. &.§.ſi is.&.ϳ.de fideiuſ. l.ſi debitor.&.ϳ.eo. Mæuia.Accurſius.

b *Cæteris.* niſi fieret inuentarium:vt.C. de iure delib.l.ſcimus. §. & ſi præfatam. & in authét. de here.& Fal. §.ſi verò abſunt.col.j.ſed in legato ſecus etiam iure veteri:vt.ϳ.ad Trebel.l.j.§. ſed ſi is qui.&.ϳ. ad legẽ Falci.in ratione.§. quod vulgo.H.

c *Teneatur.* diſſimiliter tamen : quia cæteris tenetur inſolidum,his inquantum facere poteſt: vt.ſ.l. proxi. &.ϳ. e. l.ſi maritus.Azo.

gerentur ſecum penſaſſe[a] * : nec ad rem pertinere , quòd ſoluẽdo nõ eſſet hereditas, quando cæteris[b] etiã creditoribus teneatur.[c]

Exceptio oppoſita à tertia perſona cuius intereſt,obſtat,& venit examinanda in iudicio:& habet proceſſum impedire.Alex.

XXXIIII. IDEM *libro octauo Quæſtionum.*

A

TItia diuortium à Seio fecit, hanc Titius in ſua poteſtate eſſe dicit,[d] & dotem[e] ſibi reddi poſtulat:[f] ipſa ſe matremfamilias dicit , & de dote agere vult . Quæſitum eſt, quæ partes iudicis ſint. Reſpondi, patri, niſi probet filiam non ſolùm in ſua poteſtate eſſe,ſed etiam conſentire ſibi,denegãdam[g] actionem: ſicuti denegaretur etiam ſi conſtaret eam in poteſtate eſſe.[h]

Liberta quæ legitimè recedit à patrono , ab eo poteſt petere dotem.Bartolus.

XXXV. MARCIANVS *libro decimo Inſtitutionum.*

LIberta quæ voluntate[i] patroni[k] diſceſſit,de dote cum eo agere poteſt quam ei dedit.

Etiam ſi fiſcus ſuccedat vxori, non perditur priuilegium mariti.h.d.cum.l.ſeq.Bartol.

XXXVI. PAVLVS *libro ſecundo de adulteriis.*

SI maritus min⁹ facere poteſt, & dos publicata[l] ſit: in id quod facere poteſt,fiſco * maritus cõdemnãdus eſt:ne in perniciem[m] mariti mulier punita ſit.

Non videtur filia contradicere,quæ iuſtam cauſam contradicendi non habet.Bartolus.

XXXVII. VLPIANVS *libro ſecundo Reſponſorum.*

B

DOtẽ voluntate filiæ[n] videri patrem recepiſſe, cum cauſas cõtradicẽdi ei filia non haberet:maximè cũ ab eo poſtea ampliore ſumma dotata ſit.

Sponſalia contracta per patrẽ non extinguunt ius petendi, dotem,vel retinendi filio competẽs culpa mulieris.Bartolus.

XXXVIII. MARCELLVS *libro ſingulari Reſponſorum.*

C

LVcius Titius cum eſſet filiuſfamilias, voluntate patris vxorem Mæuiam duxit:& dotem pater accepit.Mæuia Titio repudium[o] miſit.poſtea pater repudiati abſente filio ſponſalia cum ea de nomine filij ſui fecit. Mæuia deinde repedium ſpõſalibus miſit,atque ita alij nupſit. Quæro,ſi Mæuia aget cum Lucio Titio quondam marito & à patre herede relicto de dote,& probetur culpa mulieris matrimoniũ diſſolutũ, an poſſit maritus propter culpam mulieris dotem retinere . Marcellus reſpondit , etiam ſi vt heres inſtitutus à patre Titius conueniretur , tamen ſi ſponſalibus non conſenſiſſet,[p]

D

L*iberta.*] Accepi in vxorem libertam meam, & dedit mihi dotem. poſtea ſeparauit ſe à me mea volũtate. Certè bene repetes à me d otem.Viuianus.

i *Voluntate.* ſecus ſi eo inuitò:vt.ſ.titu.j.l. fina.Hug.

k *Patroni.* cui erat dupta.& facit.ſ. tit.j.l. penult. &.l.fin.& de rit. nupt.l.filio. &.l. matrimonium.& in authent. de nup. §. diſtrahuntur. col.iiij.& de ſanc.epiſc. §.ſi vero. colla.ix. Item hodie non fit diuortiũ conſenſu , niſi caſtitatis concupiſcentia hoc fecerit,&c.vt in authẽ. vt liceat mat. & auiæ.§.qa vero ex cõſenſ.coll.viij.

S*I maritus.*] CASVS. Propter delictũ vxoris meæ dos ſua quam habeo,eſt publicata. vnde ſoluto matrimonio fiſcus agere poteſt contra me . certè non condemnabor ei,niſi inquãtum facere poſſum. Viuianus.

l *Publicata.* delicto mulieris:quod euenit quinque legibus: vt.ϳ.de bo. dam.l.iij.Accurſius.

m *Ne in perniciem.* vt.C. de pœn.l.ſancimus. Itẽ quia nõ plus quàm mulier cui ſuccedit, habere debet:vt.ſ.de vſur. cum quidam.§.fiſcus.&.ϳ.de reg.iur.l. in omnibus. §. non debeo. & facit. ſ.e. l.ſi conſtante.§.fin. &.ϳ. titu.ij.l.ad fiſcum.Acc.

D*otem.*] CASVS. Soluto matrimonio inter filiam meam & maritum ſuũ, maritus mihi patri reſtituit dotem , videns quòd ego eram legalis homo, & bonæ famæ: nũquid filia mea potetit, adhuc repetere ? Et dicitur ꝙ non. ſecus ſi ego nõ eſſem bonus homo. Viuianus.

* Et fiſcus vtitur iure priuatorũ, maximè cũ priuati alicuius ſucceſſor eſt. l. itẽ veniunt.§.in priuatorum ſ. de petit. heredi. l. cũ quidã. §. fiſcus. ſ. de vſur. Duar. hic.

T*Itia diuortium.*] CASVS. Pro filia mea dedi dotẽ Titio. poſtea inter eos ſolutũ eſt matrimonium.ego dico eam eſſe in mea poteſtate, ſicq; volo agere contra maritum ad dotem eum voluntate filiæ.mulier autem gerens ſe tanquam matremfa. dicit ſe non eſſe in mea poteſtate. Certè ergo pater debeo probare eam eſſe in mea poteſtate , & mihi conſentire tacitè vel expreſſè, ſi volo admitti ad agendum. nam & ſi in poteſtate mea ſe confiteretur eſſe, non tamen agerem ſine eius voluntate.Viuianus.

d *Eſſe dicit.* implorãdo officiũ iudicis:vt.ϳ.de lib.exhib.l.iij. §.hoc autem.Azo.nam ipſa erat in quaſi poſſeſſione exiſtentiæ ſui iuris.

e *Et dotem.* ſcilicet aduenticiam. nam profecticiam poteſt petere etiam ſi filia eſſet emancipata:vt.ſ.de euict.l.pater.& de iure do.l. profecticia. §.fin. ſecundum quoſdam. ſed ſecundùm Azonem & H.etiam in profecticia optimè legi poteſt.Accurſius.

f *Poſtulat.* quam petit ſi filia eſt in poteſtate pro qua dedit , etiam nullo pacto appoſito.ſecus vbi datur pro emancipata : vt.C.de rei vxo.act.§.accedit.&.§.extraneum.

g *Denegandum.* primum probat eo ipſo qoòd probat legitimam: vt inſtit.de pa.po.in princip. ſecundum eo ipſo quòd non habet cauſam contradicendi:vt.ϳ. eo.l.dotem. Sed an Titia poteſt agere interim dum pendet iudicium de poteſtate?Reſpon.ſic,ſecundũm Azo.vt.ϳ.de lib.cau.l.ordinata.& facit.C.eo.l.filiæ. &.ſ.e.l. ij.&.ſ. de inoffic.teſta.l.qui de inofficioſo.Nec obſtat.ſ.de proba.ſi filius. quia hîc erat in poſſeſſione libertatis filia:vnde patri incumbit neceſſitas probandi:ibi non erat in poſſeſſione.vel ei qui dicit,non ei qui negat, incumbit onus probandi. hîc dicebat pater eam in poteſtate:ibi filius dicebat ſe liberum:quare probat.

Probandi onus incũbit dicenti.

h *Eſſe.* & illam non conſentire.Accurſius.

n *Filiæ.* tacentis vel contradicentis. Azo.& Hug. nec enim videtur contradicere,cum non habeat iuſtam cauſam contradicendi. ſic non videtur fieri quod legitimè non fit:vt infra de re iudi.l.iiij. §.condemnatum. Argu.contra.ϳ. de no.ope. nun.l.j.in princip.& aliàs fit pro ratione voluntas:vt. C.de pac.con. ſuper do.l. hac lege.& infra ad Trebel.l. quia poterat. hoc tamen eſt ratione communionis,& patriæ poteſtatis.& eſt hoc optimum argumentum contra renitentes electionibus.& facit ſupra eo.l.ij. &.l.ſi pater.& l.non ſolùm.&.l.ſi cum dotem.§.eo autem tempore.&.ſ.de ſponſa.l.ſed ea quæ. ADDITIO. Pro his iuribus vide Dy. in ca.quod ſemel.de regulis iur.lib.vj. ibi,item poteſt poni exemplum ſecundùm Bartolum.

E

L*Vcius Titius.*] CASVS. Sempronia repudiauit maritum ſuum Titium.poſtea pater mariti contraxit cum eadem ſponſalia filio abſente.mulier etiam renunciauit ſponſalibus, & alij nupſit. reuerſo marito eadem mulier agit contra eum ad dotem, cum ſit heres patris mortui maritus.Dicitur quòd non tenetur maritus ei ſoluere.Viuianus.

o *Repudium.* meruit ergo amittere dotem : vt. C. de repu. l. conſenſu.Azo.

p *Non conſenſiſſet.* tacitè autem conſentire non videtur : licèt ſecus in filia : vt ſupra de ſpon. l. ſed ea quæ.&.l.filio. Item quid ſi expreſſè conſenſiſſet? Reſpond. videtur ei præiudicari : vt argum. infra ad legem Iuliam de adulter.ſi vxor. §.fina. ſed vbi non conſenſit , patris conſenſus ei non nocet , licèt ſit heres : quia conſenſus talis non eſt ex quo datur actio vel exceptio. Vel verius etiam ſi conſenſiſſet filius, non noceret : quia ſponſalia tantùm non ma-

trimonium fuit contractum: imò quod plus eſt, nec ſponſalia videntur contracta, cum non durent: vt ſupra de in rem verſo.l. ſi pro patre.§. verſum.& ſic non obſtat infra de regulis iuris.l.ex qua perſona. &c. C. de rei vindic.l. cum à matre. quæ ſunt contra. hîc ergo ſubaudi, maximè ſi non conſenſiſſet &c. Accurſius.

culpam mulieris multandā eſſe.

Paria delicta mutua compenſatione tolluntur. h.d. Barto. vel ſic: Exceptio adulterij tollitur replicatione lenocinij, vel ecōtra cum agitur ciuiliter de dote vel donatione propter nuptias lucranda. h. d. concordat lex cum mulier.ſ. eo. Alexand.

XXXIX. PAPINIANVS *libro Vndecimo Quæſtionum.*

VIro [a] atque vxore mores inuicem accuſantibus, [b] cauſam repudij dediſſe vtrunque pronuntiatum eſt. Id ita accipi debet, vt ea lege [c] quam ambo contempſerunt, neuter vindicetur. Paria [d] enim † delicta mutua penſatione diſſoluuntur.

Pater ſtipulando dotem, mandato filiæ videtur ſtipulari, & tāquam eius procurator: ex qua ſtipulatione, filia mortua ſine liberis, agit pater vt heres filiæ. ſed filia viuente ius agendi non reſidet in patre. Alexand.

VIro atque vxore.] CASVS. Debes ſcire quòd ſi culpa mariti ſoluatur matrimonium, ipſe amittit donationem propter nuptias. ſi autē culpa mulieris, ipſa amittit dotē: vt.ſ. l. proxi. &c. C. de repu.l. conſenſu. §. j. ij. reſpon. Sed quid ſi vtriuſq; culpa ſoluatur? certè dicit hęc lex quòd compenſantur adinuicem delicta: & ita nullus amittit. Viuia.

a *Viro.* quondam.nam infra loquitur de repudio.Hug.

b *Accuſantibus.* id eſt obiicientibus in ciuili cauſa. ſic ponitur in authen. de ſanc. epiſco. §. ſi quis autem pro pecuniaria. ibi, accuſata &c. coll.ix. puta in donatione propter nuptias, quā vir repetebat ab vxore: & dotis quam vxor repetebat à viro. ſed vterque ſe tuebatur propter delictum alterius: puta mulier propter lenocinium viri, & vir propter adulterium vxoris: quod quidem poſſet quilibet eorum facere: vt. C. de repu.l. conſenſu. niſi obiiciens eſſet in pari turpitudine vel diuerſorum criminum, vel eiuſdem in quo vterque conſenſit: vt infra eo.l. cum mulier. criminali autem accuſatione inſtituta vindicta poſci poſſet. nec enim vnus alium accuſare prohibetur, niſi cum idem perpetraſſet lenocinium. tunc enim nil Iudæus Iudæo, nil Catilina Cethego: vt.C. de hæreti.l. quoniam.§. intereſſe. Accurſius.

c *Ea lege.* indefinitè dicit, lege. ſic & ſupra de mino.l. auxilium. in fin. & in authen. vt lice. ma. & auiæ.§. quia vero ita comperiuntur. colla. viij.

d *Paria enim.* Not. delictum cum delicto compenſari.[a] ſic infra ne quid in loc. public.l.j.§. idem ait.& de dolo.l. ſi duo. cum concor. & infra quodvi aut clam.l.ſi itē.§.ſi ad ianuam.& ne quis eum qui in ius voc.l.ij. & infra de adult. ſi vxor. in fi. Sed ar. contra. ſupra commo.l. rem mihi.§. in exercitu. Accurſius.

e POſt dotem datam.] CASVS. Pater ex interuallo filię voluntate ſtipulatus eſt ſibi ſoli dotem reddi facto diuortio ſub hac conditione, ſi filia ſine liberis deceſſerit. extitit conditio diuortij, id eſt mortis, & liberorū defectus. nulla patri dotem repetenti obſtat exceptio. ſed ſi diuortij tantùm, non etiā mortis & liberorum defectus exiſtat: patri ſine filia agenti obſtabit exceptio, niſi caueat rem ratam filiam habituram: vel cauſa cognita omnino ſibi actio denegatur: vt.ſ.eo.l.ij.§. penult.& fina.&.l.ſi cū dotem.§.ſed ſi latitet. Vel dic ſecundò diuortij tantùm fuiſſe conditionē appoſitam: & tūc pater ſi defuncta filia ſine liberis ageret, nō obſtat exceptio: quia ad ſolum patrem recidit actio: & hîc ſubauditur, maximè, vt ſtatim dicam. Si verò filia viua agat pater, obſt. exceptio inſpecto tenore actionis ex ſtipulatu, quæ patri cū filia competit: ſed quia pater poſtea ſibi ſoli conſenſu filię eſt ſtipulatus primo & ſecundo caſu, replicatur: vt ſupra eo.l. quoties.§. cæterùm. Azo. Vel tertiò dic quòd volente filia fuit ſtipulatus ſimpliciter, non ſibi: quo caſu ſibi & filiæ videtur ſtipulatus: vt perinde ſit vt lex dicit, cū nullo modo eſt ſtipulatus: & ſic eſt cōmunis actio vtriuſque. Argu. contra.ſ. de verborū obliga.l. ſi ita ſtipulatus fuero.§. Chryſogonus.[b] ibi, ſequens ſtipulatio. & non datur replicatio patri. & ſecūdùm hos tres caſus, filiæ voluntate determinet hanc orationē, ſtipulatus eſt. Vel quartò, filiæ voluntate determinet facto diuortio: & tunc non datur replicatio. Vel quintò verbū dari, quaſi dicat ad voluntatē filiæ mihi reddes: id eſt ſi ipſa tunc volet. Si ergo viuit, requiritur eius voluntas. aliàs ſi non conſentiat, repellitur exceptione: ſed ea mortua ſine liberis, non eſt cuius requiratur voluntas. Sed ſi liberi extant, idē quòd non requiratur alicuius voluntas, ſi dos eſt profectícia quæ ſequitur me: alioquin requiritur voluntas liberorū. Si verò ponas quòd filia ſimpliciter conſenſit meæ ſtipulationi, & ego non appoſui aliam cōditionem niſi diuortij: quare impedirer agere facto diuortio etiam inuita filia? Accurſius.

†Etenī non modò accuſator, ſed ne obiurgator quidē ferendus eſt is, qui quod in altero viciū reprehēdit, ī eo ipſe deprehēditur. Cice. act.ſ. ī Verrem. & ibidē multa in eandem ſententiam.

a] Fallit iſta gloſ. in caſu l.ſi. in fi. & quod ibi no. docto.ſ. qd quiſq; iur. ſ. in actione iniuriarum: quia nō tollitur cōpenſatione: ſed quilibet agit pro ſua: vt not.in.c. dilecti. extra de except.& in.§.pe.in fi. extra de adulter.

b] Dic quòd ibi nō intelligitur perſona extrinſecus, in quā verba ſtipulationis cōferātur: ſed perſona cuius nomine ſtipulatio facta intelligitur, bene po teſt intelligi: vt hîc, & etiā ibi probatur: quod patet, quia libertus te-

A

B

C

D

E

XL. IDEM *libro vigeſimo-octauo Quæſtionum.*

POſt dotem † datam, [e] & nuptias contractas ſtipulatus [f] eſt pater * filiæ voluntate, diuortio facto dotem dari. ſi conditio [g] ſtipulationis impleatur, & poſtea filia ſine liberis [h] deceſſerit: non erit impediendus pater quò minus ex ſtipulatu agat. viua autem filia ſi agere vult, exceptione ſummouendus erit.

Etiam pro dote ſoluta ſoluto matrimonio competit actio de dote. Alexand.

XLI. IDEM *libro trigeſimo ſeptimo Quæſtionum.*

SI pater ignorans filiam diuortiſſe, dotem ex cauſa promiſſionis numerauit: non per indebiti [i] condictionem, ſed de dote actione pecunia petetur.

Mors ciuilis patris facit actionem de dote filiæ eſſe pro ſolido. Bartolus.

f *Stipulatus eſt.* conſentiente filia ſecundùm tres primos caſus. vel non conſentiente filia ſecundùm alios duos.

g *Si conditio.* vna tantū, ſcilicet diuortij: non autem voluit filia quādo pater agit, ſecūdum omnes caſus.

h *Sine liberis.* maximè. nam idem ſi cum liberis: & dos eſt profectícia, ſecundùm vnū caſum. Vel dic quòd hic caſus fuit cōplexus in ſtipulatione ſecundùm primum. & ſic non facit pro Bul. qui dixit do tem reddi patri, etiam ſi liberi extāt. & pro eo facit.C. ſolu. matrim.l. dos. vbi de hoc not. Sed pro Azo. facit.ſ. de pact. do.l. inter ſocerū. in princi.&.§.ij. &.ſ.de lega.iij.l. vxore.§. teſtamento. & de mino.l. iij.§. ſed vtrum.in fin.§. &.ſ. eod.l. ſi ab hoſtibus. Accurſius.

SI pater.] CASVS. Promiſit marito filiæ meæ dotem pro ea. antequā ſoluerem, factum eſt diuortium inter eos me ignorante. poſtea ſolui dotē marito. certè ad repetendam dotem nō ſolùm habeo condictionē indebiti, ſed etiam actionē de dote. Viuianus.

i *Non per indebiti.* imò indebiti: vt.ſ.loca. ſi quis fundum.§. imperator. quæ eſt contra. Sol. vt ibi & facit.ſ. de iure do.l. quemadmodum.in fin. & de condic. inde.l. qui exceptionem.§.ſi.

IN inſulam.] CASVS. Dedi dotē pro filia mea: & poſtea fui deportatus ex aliquo delicto: & poſtea ſolutū eſt matrimonium inter dictā filiam meam & maritum ſuum. Certè cū pro mortuo habeor, poteſt filia dotem repetere. Et idem eſt ſi ſum deportatus poſt diuortiū inter eos factum. [FRVCTVS.] Quandam ancillā in vxorem accepi, credens eam liberā eſſe: & ipſa mihi dotem de facto dedit: & ex illa dote habui fructus: & eos conſumpſi in factis cōmunibus inter me & eam. poſtea dominus ſuus eam petiit vt ſuā ancillam, & vicit. nūquid poterit ille dominus petere à me marito putatiuo illos fructus quos percepi & cōſumpſi? Et dicitur quòd non. Sed quid ſi ego feci ſumptus neceſſarios vel vtiles circa res dotales, nunquid repetā à dicto domino? Et dicitur quòd ſic hoc modo quia ſi percepi aliquos alios fructus poſt ſolutū de facto matrimoniū, cum illis debeo cōpenſare dictos ſumptus quos feci: & illud quod eſt plus in ſumptibus, petam à domino, & eos recuperabo. [VSVRAS.] Promiſi Titio marito filię meæ c. in dotem, & ei dedi.l.& feci pactū cum eo quòd ſi ſolueretur matrimonium inter eum & filiam meā, & ipſe faceret monam in.l. reſtituēdis mihi, eorum præſtaret vſuras. & pro illis.l. quæ ei non ſolui, promiſi ego genero vſuras donec tenerem. poſtea ſolutū eſt matrimonium, & fuit in mora gener reſtituendi ſocero.l. quæ acceperat à ſocero. vnde ſocer petiit ab eo vſuras: gener dicit ei, Tu promiſiſti mihi vſuras pro illis.l. quæ mihi non ſoluiſti. illas verò vſuras cōpenſo tibi cum vſuris quas à me petis. nūquid poteſt hoc dicere & facere gener? Et diſtinguitur, aut aluit vxorē medio tēpore ipſe gener: aut pater mulieris. primo caſu poteſt cōpenſare: ſecundo non: quia non ſuſtinuit onera matrimonij: vnde non debet habere fructus maritus. [AD VIRVM.] Pro quadā muliere extranea dedi dotem viro ſuo: & fui pactus cum marito ſuo eam mihi reddi ſoluto matrimonio. poſtea mulier diuertit à viro: vnde ego egi contra illum virum: & litem ſuper eum fui cōteſtatus pro dote: & poſtea mulier rediit ad virum. Certè non rumpitur iudiciū: & eo iudicio ſtante non abſoluitur maritus. Viuianus.

netur cedere procura alieno nomine ſtipulatus: & hoc tenet Dynus ſecundum Barto.hic.

† Per hāc.l. iunctæ ſuæ glo.I. limitabis text.in.l. 2.§. quod ſi in patris.ſ. eo. dū dicit patrem non poſſe dotem profectíciā niſi cū voluntate filiæ petere. de quo recurre etiā ad.l. Auia.C. de iure dotium.

* Videtur add. Sine. Nā Græc. leg. hîc, contra voluntatē filiæ, quorū exēplar. & metaphr. ſunt Flo. archetyp. interdum certiores.

*Deportatæ.*

XLII. IDEM *libro quarto Reſponſorum.*

IN inſulam patre deportato, [a] qui dotē pro filia dedit, actio dotis ad filiam pertinet. [b] Poſt diuortium quoque patre damnato, qui quidem conſentiente [c] filia non petierat, æquè dotis actio mulieris eſt.

Vir non lucratur fructus dotis putatiuæ: retinet tamē quatenus in vxorem conſumpſit, & quatenus neceſſariò vel vtiliter impendit. Bartolus.

Fructus [d] ex prædiis quæ in dotem data videbantur, bona fide perceptos, & mulieris oneribus ante cauſam liberalem abſumptos, quãuis ſeruam fuiſſe poſtea conſtiterit, peti nō poſſe placuit. Sumptus verò neceſſarios & vtiles [e] in prædia quæ dotalia videbantur factos, compenſatis [f] fructibus perceptis [g] ad finē ſuperflui [h] ſeruari conuenit.

Debitum hincinde ex cauſa vſuraria compenſatur. Item marito non debentur vſuræ, qui nō alit vxorem. Bartolus.

Vſuras numeratæ dotis [i] ex ſtipulatu pater in matrimonio defuncta filia ſi petat, [k] gener qui reſiduę dotis promiſſæ fœnus ſtipulatus eſt, ita demum ad finem vice mutua debitæ quantitatis compēſationem opponere iuſtè videtur, ſi propriis ſumptib⁹ vxorem ſuam exhibuit: alioquin ſi patris ſumptibus exhibita ſit, inanis vſurarum ſtipulatio [l] compenſationi non proderit.

Redintegrato matrimonio iudicium de dote inceptũ per extraneum, non diſſoluitur. Barto.

Ad virum vxore poſt diuortiũ reuerſa, iudicium acceptum ex ſtipulatione quam extraneus qui dotem dederit ſtipulatus fuerit, non diſſoluitur, [m] nec officio iudicis abſolutio continetur.

Maritus non tenetur per reſtitutionem dotis actionem de dote cedere, ſi aliud ad vitam ſufficiens ſibi nō remanet. Bartolus.

XLIII. SCÆVOLA *libro ſecundo Quæſtionum.*

SI maritus in id quod facere poteſt cōdemnatus ſit, & nomina ſint ad dotis quãtitatem, [n] neque amplius [o], * neque [p] habebit mandare actiones.

Licèt ſocer ſuccedat genero, non tamen filia perdit ius conſolidationis: imò facta ſui iuris agere poterit contra heredes patris ſui, vel etiam contra ipſum patrem tanquam heredem mariti. Alexand.

XLIIII. PAVLVS *libro quarto Quæſtionum.*

SI ſocer à genero heres inſtitutus adierit hereditatem: quãdoque mortuo patre, cum herede eius filiam de dote acturam [q] Nerua & Cato reſponderunt: vt eſt relatum apud Sextũ Pomponium Digeſtorũ ab Ariſtone [r] libro quinto. ibidem * Ariſtoni

a *Deportate.* ante diuortium: quod apparet ex litera ſequen.

b *Pertinet.* quia pater pro mortuo habetur: vt.j. de contra tabu.l.j.§.fi.& de bo. lib.l. necem.§. ij. Hug.

c *Conſentiente.* maximè. nam & idem vbi conſentiente ea petiiſſet: vt ſupra eod.l. ſi marito.§. ſi voluntate. Vel dic, non petierat cum effectu: id eſt non exegerat. nam tunc ſecus eſſet. & facit infra ad legem Falcidiam.l. pater filiam. in princip. &.s. eo.l. ſi cum dotem.§. ſi pater. &.j. eod.l. in his.§. filia. &.l. ſi ſocer. in prĩcip.&.C. de rei vxo. act.§. videamus. & de ſolu.l. qui hominem.§. ſi gener. Accurſius.

Vide Græcos in hunc locum.

d *Fructus.* id eſt in eo quòd ſumptus excedũt fructus, ſeruabit de dote: vt.j. titu.j.l. quod dicitur.

e *Et vtiles.* ad perpetuã rei vtilitatem.

f *Compenſatis.* ſoluto matrimonio. vel dic etiam conſtante: quia nō fuit matrimonium, nec habuit neceſſe ſuſtinere onera matrimonij: nec lucrifecit fructus ea ratione quòd ſuſtinuit onera, ſed quia bona fide percepit.

g *Perceptis.* puncta, perceptis: & dic conuenit ſeruari ad finem, id eſt vſq; ad finem. Accur.

h *Superflui.* id eſt reſidui in quo ſumptus excedit fructum: vt ſupra de rei vindi.l. ſumptus. &.l. emptor. & facit infra titu.j.l.iij. & de dote præleg.l.j.§. impenſæ. & ſupra eod.l. ſi cum dotē §. fina. &.l. ſeq. Sed quo iure ſeruatur? Reſpõd. vt.C. de rei vxo. act.§. ſed nec ob impenſas. Vel dic iure exceptiõis doli, cũ non fuerit dos: vt.d. leg. ſumptus. & de petitio. hered.l. quòd ſi ſumptus.

i *Numeratæ dotis.* pro parte dimidia: quia dimidiam dotem dedit ſocer, in qua reſtituenda eſt in mora maritus facto diuortio. Item alterius dimidiæ fuit gener vſuras ſtipulatus, quas modo compenſat in vſuris illis quæ petuntur ex mora.

k *Si petat.* ex mora: quia iudiciũ bonæ fidei eſt: vt.C. de rei vxo. actio.§. exactio. Vel ſecundùm R. quia ſtipulatus erat: quia hîc dicit, ex ſtipulatu. Accurſius.

l *Stipulatio.* qua ſocer tenebatur genero, ſi alterius dimidiæ differret ſolutionem. & facit.s. man.l. creditor.§. penult. & de iure do.l. cum poſt.§. in domum. & de doli excep.l.fi. in princi.

m *Non diſſoluitur.* vt.s. de iure do.l. ſtipulatio. niſi cōſenſit denuo: vt.s. de pac. do.l. cum maritus.§.j. & facit ſupra eod.l. ſi mulier diuerterit. & ſupra loca. item quæritur.§.j.

SI *maritus.*] CASVS. Soluto matrimonio maritus fuit condemnatus pro dote vxori inquantum facere poteſt. inuenit poſtea mulier quòd ipſe habebat quoſdã debitores qui debebãt ei tãtum quantum erat ſufficiens ad ſatisfaciendũ doti. certè nō cogitur cedere mulieri actiones contra eos, cũ facta ceſſione nihil ad alimēta ſibi remaneat. & habeas in litera bis dictionem neque. Viuianus.

n *Quantitatem.* ſcilicet concurrentia vel paria. Azo.

o *Amplius.* in bonis præter dicta nomina: quæ etiã nomina ſunt ei neceſſaria pro victu.

p *Neque habebit mandare.* niſi fortè talis ſit, qui ex ſua perſona poſſit ſibi quærere victum, arg.j. de libe. agno.l. ſi quis à liberis.§. ſed ſi filius. & ſecundùm hoc habeas bis neque, & tunc incipe ſoluere ibi, neq; mandare &c. aliàs deeſt ſecundum neque: & non eſt aliqua negatio: & tunc dic, id eſt non habet amplius, id eſt aliud neceſſe niſi mandare actiones poſtquam condemnatus eſt, cũ nihil habeat vltra alimenta: & tunc recidit in idem cũ prima. ſed in hoc differt. quia incipit ibi ſoluere, neq; amplius. Vel aliter, non habebit amplius, id eſt plus aliud neceſſe, niſi hoc, mandare actiones, ſecũdùm Ir. & hoc ſi ſint nomina ſufficientia ad dotem, & ad alimēta: & tũc ſimiliter incipit ibi ſoluere, neque amplius. Vel aliter, id eſt cũ facta ceſſione nihil ad alimēta ſibi remaneat. & hæc communis eſt ad geminum neq;, & ad vnicũ, ſecundùm Ir. Vel aliter: imò neceſſe habet ſi aliàs habeat ſufficientia alimenta: vt. C. de rei vxo. act.§. cũ autem ex. in fi.§. &.j. de ceſ. bo.l. qui bona.j. reſpon. Azo. & hoc ſecundum Ir.

SI *ſocer.*] CASVS. Pro filia mea dedi dotem Titio. Poſtea ſolutum eſt matrimoniũ inter eos. gener debitor dotis inſtituit ſocerum heredem: & poſtea ſocer obiit. certè aget mulier cum herede patris eiuſdémque ſoceri ad dotem. ſed & ſi viueret pater, & filiam emancipaſſet, ageret cum eo filia. [LVCIVS TITIVS.] Promiſi pro filia mea.c. in dotē Caio Seio, & poſtea ab eo acquiſiui pactum ne me viuo ageret ad dotem. poſtea ſolutum eſt inter eos matrimonium: & ego pater deceſſi, & exheredaui filiam meam prædictã, & duos alios mihi inſtitui: vnde mulieri ſoli conuenit dotis actio: maritus tenetur ei cedere actionē cōtra heredes ſoceri, qui non ſoluerat adhuc decē marito propter pactũ ſupradictum inter eos appoſitũ. vel ſi velit maritus quondã facere hanc gratiam mulieri, vt ipſa exigat ab heredibus ſoceri dotē, & mulieri det: bene poteſt hoc facere. & ſi eo agente cōtra dictos heredes ipſi excĩpiãt de dolo, dicendo, dolo facis ꝙ tu petis à nobis quod tibi nō debet remanere, imò debes reſtituere: ipſe poterit replicare & dicere, illud quod vos dicitis, eſſet verum ſi vobis deberem reſtituere: ſed ego debeo reſtituere vxori meæ quondam: vnde veſtra exceptio nihil valet. ſi autē concederes eos poſſe taliter contra maritũ excipere in noſtro caſu cũ fuit factum diuortium ante mortem patris, oportebit te cōcedere in alio caſu, ſcilicet quãdo diuortiũ fuiſſet factũ poſt mortē patris eiuſdémq; ſoceri. quod vltimũ ſine dubio non debet cōcedi: quia mortuo illo ſocero nata fuit marito actio de dote cōtra heredes cōſtante adhuc matrimo. prædicto: vnde per diuortiũ nō tollitur ei. quod aũt dixi in filia exheredata, idē erit, ꝓ parte inſtituta. nã coheredes mulieris cõueniet maritus ꝓ hereditaria parte ad dotē, & mulieri reſtituet aut cedet actiones cōtra eos. Viuia.

* Vulg. neq; amplius habebit, neque mandare actiones debebit. Duarenus vtriuſque lectiõis ſententiam exponit, & ferri poſſe docet, mihi autē ſic videtur emendãdum. & nomina ſint ad dotis quantitatē, neque amplius, habebit mãdare actiones. quõ & Græci videntur legiſſe, id eſt ſi duntaxat nomina in bonis mariti reperiãtur, non tamen ea in ſolidũ ſed vſque ad dotis quantitatem cedere debebit. Contius.

* vbi idem.

q *Acturam.* ergo aditio hereditatis debitoris pro ſolutione non habetur. alioquin filiæ, cum cauſam contradicendi non haberet. denegaretur actio: vt ſupra eo.l. dotem. Sed contra.j. de fideiuſ.l. ſi debitori. Reſpon. illud reſpectu ſuccedentis tantùm dici. Azo. Item quantùm ad fideiuſſorias & acceſſorias obligationes, non quantùm ad alias: vt.j. de fideiuſ.l. Vranius.

r *Ariſtone.* retulit Ariſto quòd ita Pompo. dicit & conſentit, & cōfirmat dictum Pomponij.

UNED

a *Conſenſit.* ſcilicet Pompo.& not. quòd pater & filia videntur eſſe duo rei ſtip.ergo licet vnus ſuccedit debitori, nihilominus in perſona alterius in ſuo ſtatu remanet obligatio: vt infra de fideiuſ.l. Vranius.

b *Dicerem.* locus à pari. Nota ſoli filiæ competere actionem cum fuerat emancipata, quæ fuerat ante cõmunis: vt C. de rei vxo. act. §. videamus. ſicq; ambulat de patre in eam, vel de cõmunione in propriũ filiæ. ſic.ſ. de vſufruc.l. adhuc.§. ſi operas. Accurſius.

* Ego dicerem.

† Cõcor.gl. poſt. prin.ſu per ver.trãſmiſiſſe. extra qui fil. ſint leg.&.c. queritur pater.2. q.7.

consenſit.a Ergo dicerem.b &* ſi emancipaſſet pater filiã, ipſum quoque conueniri.c poſſe.†

**Qui petit illud quod reſtiturus eſt alteri quàm ei à quo petit, dolo facere non videtur. Bartolus.**

Lucius Titius filiæ ſuæ nomine centum doti† promiſit Gaio Seio: & inter Gaium Seium & Lucium Titium patrem mulieris conuenit, ne dos à viro viuo Lucio Titio, id eſt patre mulieris, peteretur.d poſtea culpa mariti.e diuortio facto, ſolutum eſt matrimonium: & pater mulieris decedens alios heredes inſtituit, filia exheredata. Quæro, an ab heredibus ſoceri maritus exigere dotem poteſt, cùm eam mulieri redditurus.f eſt. Reſpondi, Cùm filia, aliis à patre heredibus inſtitutis actionem de dote ſua recuperanda habere cœperit,g neceſſe habebit maritus aut exactam dotem aut actiones ei præſtare: nec vllam exceptionem habebunt ſoceri heredes aduerſus eum: cum abſurdè dicitur,h dolo videri.i eum.k facere, qui non ipſi.l quem conuenit, ſed alij.m reſtituturus petit. Alioquin & ſi poſt mortem patris diuortiſſet nondum exacta dote, excluderetur.n exactione dotis maritus: quod non eſt admittendum.o Sed & ſi ex parte filia heres patri ſuo exſtiterit, debebit maritus coheredes eius pro parte.p virili exigere, & mulieri reddere, aut actiones ei præſtare.

c *Conueniri.* actione de dote venia petita: vt.ſ. dixi. ſed ſi eſt in poteſtate conſtituta, nõ poteſt contra patrẽ intentare actionem aliquã cõmuni iure etiam cũ venia: vt. C. de in ius vocan.l. quî in poteſtate. ſed de ęquitate iudicis offi.cõſulitur filiæ, cum paternum ſit officiũ dotare filias: vt.ſ. de ritu nup.l. qui liberos.&.C.de do. pro.l.fin.& de rei vxor. act.authen.ſed quãuis.

† Flagitium Triboniani in hac locutione notãt quidam.

Filias dotare, paternũ eſt officium.

d *Peteretur.* ne vir peteret. quod pactum valet: vt &.ſ. eo.l. ſi marito.§. j.& de pact.do.l. cũ pater.&.l. ob res.§.fina.

e *Mariti.* & ideo donationem propter nuptias amittit, & dotem promiſſam exigit, quam tenetur reſtituere. Accurſius.

f *Redditurus ſit.* imò videtur cõtra, cum ei imputari non poſſit quòd patrẽ mulieris nõ conuenerit: vt.ſ. de iure do. l. ſi extraneus. cũ ergo dotem non habeat, nec culpa poteſt ei obiici ꝙ non habet, non poteſt conueniri ex culpa ſua: vt.j. eod.l. Mæuia.j. reſpon. longè minus poteſt ei obiici cur patrem ſi viuat nunc non conueniat, cum nec poſſet propter pactum. Sed reſpon. hîc contẽplatione dotis filia exheredata fuit: vnde dos ei legata videtur: vt ſupra de rei vindi.l.emptor.§.ancilla. &.j. de heredi.inſti.l. qui volebat. ideoq; ex patris voluntate imputatur marito, quod aliàs non imputaretur, cur patrem non conuenit. Vel melius etiam non legata dote agit filia: quia ad eam tranſit actio: vt.C. de rei vxo. actio.l. vnica.§. videamus. nec imputatur marito quòd patrem, ſed quòd heredes patris non conuenit inſolidum. Azo. Vel actiones non cedat: vt.ſ. de pec.l. quod debetur in fin. Azo.

g *Cœperit.* nec enim habet eam patre viuente quantùm ad exercitium, quia eſt in poteſtate: ſed habet eam mortuo patre: vt. C. de rei vxo.act.§. videamus. Accurſius.

h *Dicitur.* ſcilicet marito. Azo.

i *Videri eum.* ſcilicet cum petat id quod reſtiturus eſt.

k *Eum.* maritum. Accurſius.

l *Ipſi.* ſcilicet heredi ſoceri.

m *Sed alij.* regula ergo quæ dicit, Dolo facit qui petit quod reſtituturus eſt, locum habet quando eidem: vt infra de excep. do.l. dolo.& infra de regu.iur.in condemnatione.§. fina. & in poſſeſſorio: vt infra de Carbo. edict.l.iiij.§. cauſæ. non quando alij. & dic alij ſcilicet mulieri.

n *Excluderetur.* ſcilicet cum fuerit actum quòd poſt mortem poſſet petere.

o *Amittendum.* ſcilicet excludi maritum.

p *Pro parte virili.* id eſt pro numero perſonarum: vt. C. de cadu. tol.§.ſin autẽ leg.&.j. de leg. præſtan.l. virilis. Sed videtur pro hereditaria tantùm: vt. C. de bo. aucto. iudi. poſ.l. ſi vxor. contra. Reſpon. hîc propriis nominibus expreſſis damnati fuerant ſoluere dotem: & ideo pro virilibus tenentur: vt.j. ad Trebel.l. nonnunquam. Azo.& de leg.j.l. ſi heredes. Vel dic quòd æqualiter omnes inſtituti erant: & ſic pro hereditaria portione. ſed ſi inæqualiter, ſimiliter pto hereditaria portione.

**Ex pacto aui materni dotem dantis, ſoluto matrimonio actio quæritur mulieri. Bartolus.**

XLV. IDEM *libro ſexto Quæſtionum.*

GAius Seius auus maternus Seiæ nepti, quæ erat in patris poteſtate, certam pecuniæ quantitatem dotis nomine Lucio Titio marito dedit: & inſtrumẽto dotali huiuſmodi pactum & ſtipulationem complexus eſt, Si inter Lucium Titium maritum & Seiam diuortium ſine culpa mulieris factum eſſet, dos omnis Seiæ vxori† vel Gaio Seio auo materno redderetur, reſtitueretúrque. Quæro, cùm Seius auus maternus ſtatim vita defunctus ſit, & Seia poſtea ſine culpa ſua diuorterit.q viuo patre ſuo in cuius poteſtate eſt: an, & cui actio ex hoc pacto ex ſtipulatione competat: & vtrum heredi aui materni ex ſtipulatu, an nepti. Reſpondi, in perſona quidem neptis videri inutiliter ſtipulationem eſſe conceptam, quoniam auus maternus ei ſtipulatus proponitur. Quod cum ita eſt: heredi ſtipulatoris, quandoque* diuorterit mulier, actio competere.r videtur. Sed dicendum eſt Seiæ poſſe.ſ dotem ſolui, quanuis actio ei directò non competat, ac ſi ſibi aut illi dari auus ſtipulatus eſſet. Sed* permittendum eſt.t nepti ex hac auita conuentione, ne commodo dotis defrudetur, vtilem

GAius Seius.] CASVS. Seia in poteſtate patris exiſtens habebat auum maternũ: qui auus marito dictæ puellæ, ſcilicet, Lucio Titio dedit. c. nomine dotis pro ea: & fuit ſtipulatus vt ſoluto matrimonio dos reſtitueretur Seiæ nepti ſuæ, vel ſibiipſi auo. poſtea deceſſit hic auus, & ſolutum eſt poſtea dictũ matrimonium. quæritur, quis debeat habere dictam dotem? vtrum heredes aui materni? an dicta neptis? & certè cũ hic auus neptẽ non habuit in poteſtate, & ita ei erat extranea, non poteſt petere ipſa dictam dotem: ſed ſoluere ei poſſet maritus ſi vellet. & hęc vera ſunt de ſtricto iure: ſed de æquitate, & nuptiarum fauore, perſonarúmque affectione, & quia pro dote neptis agitur: vtilis dictæ nepti tribuitur actio ex pacto dicti aui ad repetendam dotem à viro ſuo. Viuianus.

† Vxoris in archetipo vt notat Taurellus in adnotatis.

* quandocunque.

* Sed & permittendum eſſe.

Sic veteres dicebãt, defrudo non defraudo. Nonius notat. Terent. Phor. meum defrudãs genium compaſi miſer.

q *Diuerterit.* quia vtile per inutile non viciatur: vt ſupra ſi certum pet. l. certi condictio.§. quoniam. Azo.

r *Competere videtur.* imò nullo modo videtur, quia ſua perſona potius ad ſolutionem, quàm ad obligationem videtur inducta: vt infra de verborum obligat. lega. eum qui ita.§. qui ſibi. Reſpond. perſona huius aui eiuſdemque ſtipulatoris ad obligationem potius videtur adhibita: quia ſibi potuit ſtipulari. ſecus in extraneo, cum dico mihi aut illi: quia ei ſtipulari non poſſum. id enim præſumendum eſt quod de iure fieri poteſt: vt not. ſupra de condict. indeb. le. ſi procurator.§. Celſus. Accurſius.

ſ *Poſſe ſolui.* imò videtur quòd non, cum ad obligationem perſona Seiæ fuerit poſita: vt.j. de verbo. obliga. eum qui.§. quòd ſi ſoli. ſed hoc ſpeciale: imò & actio datur, quod plus eſt, vt ſubiicit, ſed & permittendum. &c. Accurſius.

t *Sed & permittendum eſt.* ſcilicet de æquitate. nam quod dictum eſt, verum eſt de rigore iuris, vt hîc ſequitur: &.C. de pact. conuen.l.ſi pater. & argu. infra de aqua plu. arcen.l.ij.§. item Varus. in fin.§. & ſic non obſt. infra de verbo. obliga.l. ſtipulatio iſta.§. alteri. quæ eſt contra. Item contra infra ad Trebel.l. debitor.§. ea. Sol. ideo neptis agit ex pacta aui materni, quia ageret in hoc caſu nulla facta mentione conuentionis: vt infra de vulg. & pupil. ſubſti.l. ſi filius. non autem ſic ageret mater ex pacto filiæ, vt ibi: quia nec ageret mater ſi nulla fieret à filia pactio. Item contra.C. de iure dot.l. ſi genero. Solu. vt ibi. & facit.C. ad exhib.l. ſi res & ſupra

ſupra depo.l.Publia.&.j.de verb.oblig.l.quicunque.§.ſi quis ita.& C.de do.quæ ſub modo.l.quoties. ADDITIO. Dic quòd ibi non ideo quæritur filiæ,quòd mater ei ceſſit:ſed quia pactum fuit inter poſitum ſuper re propria:& ſic quæritur cuilibet extraneo:vt.l.pe. C.ad exhib.& per Bart.in.l.ſtipulatio iſta.§.ſi quis inſulam.j.de verbo.obliga.

actionem.fauore[a] enim nuptiarum,&maximè propter affectionem perſonarum ad hoc decurrendum eſt.

Legatum quod non poteſt capi,non poteſt in dotem compenſari.Bartolus.

XLVI. IDEM *libro nono decimo Quæſtionum.*

QVi dotem ſtipulanti vxori promiſerat,eidem teſtamento quædam legauerat: ita tamen, ne dotem[b] ab heredibus peteret.ea quæ legata erant,vxor capere non potuerat.[c] Reſpondi,dotis actionem mulieri aduerſus heredes non eſſe denegãdam.

Siue maritus excipiat de adulterio vt dotem lucretur, ſiue criminaliter accuſet:lenocinij replicatione vel exceptione repellitur.Alexan.

XLVII. SCÆVOLA *libro nonodecimo Quæſtionum.*

CVm mulier[d] viri lenocinio † adulterata fuerit, nihil ex dote retinetur. Cur enim improbet maritus mores, quos[e] ipſe aut antè corrupit,aut poſtea probauit?[f] Si tamen[g] ex mente legis ſumet quis, vt nec accuſare poſſit qui lenocinium vxori præbuerit,audiendus eſt.[h]

a *Fauore*. imò nullus fauor eſt : quia extraneo dante dotem, nec paciſcente,vel minus legitimè paciſcente (vt hic erat) debet dari mulieri actio : vt.C.de rei vxo. act.§.accedit.ſed hîc iure pacti expreſſi petitur ibi taciti à lege inducti.

QVi dotem.] CASVS. Titia vxor mea mihi dedit.c.in dotem: & ego promiſi ei reddere ſoluto matrimonio. poſt ea feci teſtamentũ: & legaui dictæ Titiæ cãpum Martium, qui capi ex teſtamento nõ poteſt : & dixi,pro hoc legato ſis dote tua contéta.mulier videns ſe non poſſe habere legatum, petit dotem. certè bene poteſt.Viuianus.

b *Ne dotem*.hoc nõ adiecto conſequeretur vtrumque ſi eſſet capax: vt. C. de rei vxo. act. §. primum.ver.ſciendũ.

c *Non potuerat*. vt quia legauit ea quæ ædibus ſunt affixa : vt infra de leg.j.cætera. Azo. & facit ſupra de iure do.l.cũ pater.

† Concor.c. ſi legitimus non fuerit accuſator. per totum. extra de accu.& gl.eo.c ſuper verb. legitimus.etiam per totum.

d CVm mulier. ] CASVS. Cũ mulier ſoluto matrimonio repeteret dotem,vir obiiciebat quòd non poterat repetere, quia adulterium commiſit : ipſa verò replicabat quòd eius conſenſu deliquit.certè.l.iſta iudicat quòd maritus non poteſt obiicere cõtra repetitionem dotis de adulterio. Sed nunquid eam de adulterio poterit accuſare? Videtur quòd ſic : quia legiſlator dixit quòd de adulterio nil poteſt tractari vel obiici cum dos repetitur : cum fauore dotis ſit hoc inductum. poterit igitur ſecundùm hoc eam de adulterio accuſare ſecundùm H. cum verbis legis non dicatur quòd non poſſit de adulterio accuſari:ſed ſolùm non poſſe obiici repetitioni dotis,de adulterio. Sed reſpon.quòd non poteſt. & hoc eſt ex mente legis,quamuis non ex verbis: quia qua ratione non poteſt obiici mulieri repetenti dotem , de adulterio , quia vir fuit leno:eadem ratione non poteſt accuſari ſi mulier excipit de lenocinio.Accurſius.

e *Quos*. ſcilicet bonos mores corrupit.Accurſius.

f *Approbauit*. ſcilicet malos. & ſic verbum ſemel poſitum diuerſimodè ſumitur:vt ſupra ſi cer.peta.l.certi condictio.& dic corrupit conſentiendo ei,& approbauit ducẽdo damnatam adulterij,vt dicunt : vt.C.de adul.l.caſtitati. ſecundum Azo.& H.imò retinendo adulteram ſciens:vt infra eo.titu.l.ſi metu.in fi. & infra de adul.l. ſi vxor.§.iudex.& not.non reprobo quod probaui. ſic ſupra de neg. geſ. l. Pomponius. & infra de iniur. l. ſed ſi vnius.§. j. in prin. Accurſius.

Reprobare non poſſum quod probaui.

a] Limitabis hãc glo. per not.per Spe. in ti.de excep.§.4. ver. ſuper exceptione. vt procedat in libero tantũ: non autem in ſeruo,de quo vide gl. in.l.2. C.de adul.

g *Si tamen*. videbatur quòd non:quia in lege non cõtinebatur niſi de dote ſuper qua repetenda dicebatur nil poſſe obiici mulieri de adulterio. vnde videbatur ſecus eſſe in accuſatione , quaſi fauore dotis illud diceretur : non tamen eſt ita. & hoc eſt quod ſequitur, ſi tamen,&c.

h *Audiendus eſt*. exceptio ergo lenocinij repellit accuſantem de adulterio.Sed contra infra de adult.l.ij.§.ſi publico. Solu.hîc non erat nomen accuſati receptum inter reos. aliàs nõ repelleret virum, [a] vt ibi,& eo.titu.l.ſi maritus.§.præſcriptiones. ſed ambo puniren tur : vt eod. tit. l. ſi vxor.§. iudex ſed extraneus receptus inter reos non audiretur excipiens de lenocinio:vt.C.eo.tit.l.j.§.qui hoc dicit & facit.C.de adult.l.ita.&.s.e.l.viro. Acc.

SI dotali.] CASVS. Cum vxore mea feci pactum quòd ſi haberem libero s ex ea, & ſolueretur matrimonium inter nos, quòd remaneret apud me dos.poſtea habui filios, qui deceſſerunt, & ex eis remanſerunt nepotes.Dicitur hîc quòd bene poſſum dotem retinere.Viuianus.

Appellatione liberorum nepotes continentur.Bartolus.

XLVIII. CALLISTRATVS *libro ſecundo Quæſtionum.*

SI dotali inſtrumento ita ſtipulatio interpoſita[i] ſit, vt liberorum nomine dos apud maritũ reſideat: nepotum quoque nomine dos retinebitur.

Maritus non tenetur de periculo nominis ſi ſibi culpa imputari non poteſt.Bartolus.

XLIX. PAVLVS *libro ſeptimo Reſponſorum.*

MÆuia marito ſuo inter alias res dotis etiam inſtrumentum ſolidorum decem tradidit:[k] quo[l] Otacilius eidem Mæuię cauerat, daturum ſe , cum nuptũ[m] ire cœpiſſet, decem † milia ex eo inſtrumento maritus nihil exegit, quia nec potuit.[n] Quæſitũ eſt , ſi dos à marito petatur,[o] an compellendus ſit etiã illam ſummam[p] quæ inſtrumento continetur,refundere. Reſpondi,potuiſſe quidem eum , cui actiones mandatæ ſunt, debitorem conuenire,ſed ſi ſine dolo malo vel culpa exigere pecuniam non potuit,[q] neque dotis nomine eum conueniri poſſe ,[r] neque mandati[ſ] iudicio.

i *Interpoſita*. apparet quod propter liberos non retinetur dos, niſi eſſet pactum. ſic ſupra de pac. do. l. ſi pater. & ſic eſt contra M.pro Ioan.ſed ipſe M. dicit ſuperuacuum fuiſſe hoc pactũ: vt ſupra de diſtra.pig.l. quæſitum.§.fi.ſed M.opi.præualet: vt no.C.ſoluto matrim.l.dos.Item not.hac.l.liberos dici in infinitum. ſic infra de verbo.ſignific. l.liberorum.in princ. quinimò &filij appellatione continentur nepotes:vt eodem tit.l.liberorũ.§.ſed & Papi.&.l.filij.& de lega.iij.l.vxorem.§.concubinæ.Sed arg.contra infra de teſta.tu.l.quòd ſi nepotes. & inſtitu. qui da.tu.poſ.§.fin.Item caue quòd hoc pactũ valet ſi decedat mulier:vt hic,& in authẽ.de nup. §. dotes. coll. iiij. & de ſanc.epiſco.§. ſi verò cõſtante.col.ix.non ſi vir: vt ſupra de pact.do.l.ij. ſi autem fiat diuortium dic quòd valet ſi ſint liberi,aliàs non : vt.infra de do.præ.l.j.§.j.

† Hinc obſeruaui mille ſeſtertiũ ad vnius ſolidi ſeu aurei æſtimationẽ reduci & ita recte interpretatum Iuſtinianum verba legis Papiæ. Inſtit.de ſucceſſio.libertorum.Cõt.

MÆuia. ] CASVS. Meuia cum mihi nuberet, dedit mihi in dotem quaſdam res, & vnum inſtrumẽtum in quo promiſerat quidam Otacilius nomine eidem mulieri ſe daturum. x. cum ipſa nuberet. ego maritus conſtante matrimonio non exegi illa. x. & ſolutum eſt poſtea matrimonium. mulier repetit à me non ſolùm alias res dotales,ſed etiam illa.x. quæ in dicto inſtrumento continebantur. Certè dicitur hîc quòd ſi non potui exigere propter aliquam iuſtam cauſam, non poſſum à muliere conueniri actione de dote vel mandati ad.x.prædicta. [FVNDVS.] Pater filiæ ſuæ nomine dedit mihi in dotem fundum æſtimatum : quem fundum obligauerat pater cuidam creditori.ille creditor egit contra me maritum hypothe.& abſtulit mihi fundum.poſtea ſolutum eſt matrimonium.vxor mea quondam repetit à me æſtimationem dicti fundi.ego excipio, quia mihi eſt euictus fundus. & ipſa replicat dicens,ego non dedi tibi eum in dotem,imò pater meus:& ipſe idem pater obligauerat creditori qui mihi ( aliàs tibi ) abſtulit : & deceſſit dictus meus pater non inſtituta me herede : vnde propter ſuum factum non potes me repellere . Certè dicitur hic quòd dolus patris debet nocere filiæ, & non viro eius quondam : vnde repellitur à petitione.Viuianus.

k *Tradidit*.ſcilicet in dotem,ex quo vir habet vtilem actionem:vt. C.de act.& oblig.l.ij.Accurſius.

l *Quo*. ſcilicet inſtrumento.

m *Nuptum*.id eſt cum iret ad nubendum ſiue contrahendum. ſic dicitur,vado lotum:& vado geſtum.Azo.

n *Nec potuit*.vel propter inopiam:vt.s.de dolo.l.nam is. vel ob aliã cauſam.Accurſius.

o *Petatur*. ſoluto matrimonio , vel etiam conſtante in caſibus in quibus peti poteſt etiam conſtante matrimonio.

p *Summam*. ſcilicet illa decem.Accurſius.

q *Non potuit*. ſcilicet maritus ſoluto matrimonio.

r *Conueniri poſſe*. vt.s.de pact.dota.l.ob res.§.fina. & de fun. do.l.ſi fundum.in fin.& de iure dot.l.ſi extraneus. & ſupra eod.l.nupta.§. j.& arg.s.manda.l.ſi procuratorem.§.fi.

ſ *Mandati*. poteſt mulier conuenire maritum ſoluto matrimonio.

UNED

a *Ablatus eſt.* id eſt euictus. Accurſius.
b *Repetat.* à viro.
c *Ait.* ſcilicet mulier.
d *Non teneri.* ſ. de euictione. vel dic, id eſt non repelli exceptione. Accurſius.
e *Cui.* ſcilicet patri.
f *Extiterit.* mulier.
g *Mulieri.* à viro.
h *Obeſſe.* ſed cum poteſt agere de euict. dum dos fuerit æſtimata: vt ſ. de act. empt. l. creditor. §. prædium. &. C. de iure do. l. auia. quo modo excipit? Reſponſ. ſi excipiat, de euict. non aget, vt hîc: ſed act. cedet: vt. ſ. eo. l. ſi ſocer. §. Lucius. ſi non excipit, de euictione aget: vt. §. prædium. & ſic eligat.
i *Ipſi.* ſcilicet filię, cum habeat cauſam lucratiuã. & ideo debet ei nocere dol⁹ patris, ſi agat: vt diximus infra de regu. iu. l. quod ipſis. Azo. Item not. dolum patris nocere filiæ. ſic. j. de iure patro. l. qui contra. & ſi quis ali. te. prohi. l. j. §. j. arg. contra. j. de Car. edic. l. j. §. ij. in fin. ADDITIO. Solue vt no. in. l. diui fratres. infra de iure pat. & per Dy. in. c. non debet aliquis. extra de regu. iur. lib. vi. Sed quantùm ad propoſitum hîc, dolus patris nocet filiæ, ſicut dolus cuiuſlibet extranei à quo quis cauſam lucratiuam haberet: vt. l. apud Celſum. §. de auctore. de doli except. ſecundùm Bartolum hîc.

Patris dolus an filiæ noceat.

* In vulg. eſt l. ſi æſtimatis.

Si prædium æſtimatum in dotem datum ſine culpa euincatur non debetur æſtimatio mulieri. Bartolus.

Fundus æſtimatus in dotem datus, à creditore antecedente ex cauſa pignoris ablatus [a] eſt. Quæſitum eſt, an mulier ſi æſtimationem dotis repetat, [b] B exceptione ſummouenda ſit. ait [c] enim ſe propterea non teneri, [d] quòd pater eius dotẽ pro ſe dedit, cui [e] heres non exſtiterit. [f] Paulus reſpondit, prædio euicto ſine dolo & culpa viri, precium petenti mulieri [g] doli mali exceptionem obeſſe. [h] Conſequi enim eam precium fundi euicti euidens iniquitas eſt: cum dolus patris ipſi [i] nocere debeat.

Fundus æſtimatus tali æſtimatione quæ non facit emptionẽ, poteſt alienari muliere volente. Bartolus.

L SCÆVOLA *libro ſecundo Reſponſorum.*

* AEſtimatis rebus in dotem datis, pactum interceſſit vt ex quacunque cauſa dos reddi deberet, [k] ipſę res reſtituerentur habita ratione augmenti & deminutionis viri boni arbitratu: quæ verò non exſtarẽt, ab initio æſtimatio [l] earum. [m] quæſitum eſt cum res quædam quas maritus vendiderat exſtarent, an ſecundũ pactũ & hæ ad mulierẽ pertinerent. Reſpondi, res quæ exſtant, ſi neque volẽte, [n] neque ratum habente muliere veniſſent, [o] perinde reddẽdas atque ſi nulla æſtimatio interueniſſet.

LI. HERMOGENIANVS *libro ſecundo iuris Epitomarum.*

AEſtimatæ [p] res vſu etiã mulieris periculo mariti deteriores efficiuntur. [q]

Dos indebitè reddita, condicitur. Bartolus.

LII. TRYPHONINVS *libro ſeptimo Diſputationum.*

MAritus dotem quam non eccepit, poſt diuortium [r] per errorem ſoluit. repetet: quia C non numeratam cauerat. [ſ] exigi enim ab eo non potuit. [t]

LIII. IDEM *libro duodecimo Diſputationum.*

SI [*] filiofamilias dos data eſt, ipſe quidem dotis actione tenetur: [u] pater autẽ eius de peculio. [x] Nec intereſt, in peculio rẽ vel pecuniam dotalẽ [y] habeat, nécne: ſed quatenus facere poteſt, hic quoq; [z] condẽnãdus [a]

AEſtimatis.] CASVS. Titia vxor mea dedit mihi in dotẽ quædam prædia æſtimata. ſed fecimus tale pactum ſimul, quòd ſoluto matrimonio reddam mulieri res dotales quæ extarent, & etiã deteriorationem earum: & quòd ipſa redderet mihi ſi in aliquo eas melioraſſem. Item contentum fuit in eodem pacto, quòd ſi quæ illarum rerum non extarẽt tempore ſoluti matriminij, ego redderem ei æſtimationem. poſtea ego alienaui quaſdam de his rebus non conſentiente mihi prædicta mea vxore, neque poſtea ratum habente. poſtea ſolutum eſt matrimonium. ex vi pacti vult mulier ſibi reſtitui dictas res alienatas, vel vult reuocare à poſſidẽte. Certè dicitur hîc quòd bene poteſt, ac ſi non fuiſſent datæ æſtimatæ. Viuianus.

k *Deberet.* id eſt ſi aliquid contingeret propter quod deberet reddi dos, quia ſit ſolutum matrimonium. Accurſius.

l *Aeſtimatio.* præſtaretur.

m *Earum.* ſcilicet rerum.

n *Volente.* maximè. aliàs contra, inſtit. qui. ali. li. in prin. hæc enim æſtimatio pro nulla habetur: vt hîc, &. C. de iure dotium. l. ſi inter. etiam quantùm ad alienationem: vt. ſ. de fun. do. l. quòd ſi fundus. Azo. Vel dic hoc caſu poſſe vendi conſenſu mulieris: vt. ſ. de pact. do. l. finali. ſecus vbi nulla eſt æſtimatio, vel recidit ad nullam: vt dictis. ll. Item hodie videtur etiam in non æſtimata poſſe vendi cõſenſu mulieris: vt in authen. vt immo. antenup. do. ibi, & hæc multum, &c. collat. quinta. Sed illud quo ad cætera idem quod in dona. propter nupt. non quo ad alienationem, & facit ſupra de iure dotium. l. plerunque. in fine. & l. cum pater. § cum res.

o *Veniſſent.* id eſt venditæ eſſent à marito.

AEſtimatæ.] CASVS. Mulier dedit mihi in dotem pannos ſuos: & fuerunt æſtimati, ſicut cotidie fit. poſtea deſtructi ſunt muliere eos portante. Dicitur hîc quòd nihilominus teneor ei ad æſtimationem ſoluto matrimonio. Viuianus.

p *Aeſtimatæ res.* verè ſcilicet ab homine: vt hîc, & ſupra de iure dotium. l. plerumque. in principio. &. l. cum poſt. §. penult. & de dona. inter virum & vxo. l. mortis. §. j. &. C. de iure do. l. cum dotem. vel à lege: quia ſunt res quæ vſu conſumuntur: vt ſupra de iure do. l. res.

q *Efficiuntur.* id eſt ſi efficiantur, eſt mariti periculum.

MAritus.] CASVS. Sempronia nupſit Titio, & ei promiſit dare dotẽ: non tamen dedit: & maritus ei promiſit reddere ſoluto matrimonio. poſtea ſolutũ eſt matrimoniũ, & petiit mulier ab eo dotem: & ipſe exiſtens intra tempora quibus poteſt opponere exce. non numeratæ dotis, & credens efficaciter teneri, ſoluit, cum de iure non teneretur. Certè repetere poteſt. Viuian.

r *Poſt diuortium.* ſecus ſi conſtante matrimonio: quia tũc etiam acceptã repetit, ſed reſtituit: vt. C. ſi dos conſtant. ma. l. j. niſi in caſu: vt ſupra de iure do. l. quemadmodum. aliud eſt ſi mulier vel alius credens ſe debere marito, ſoluit: vt. ſ. de condict. inde. l. cum is. §. ſi mulier.

ſ *Cauerat.* id eſt confeſſus fuerat ſe accepiſſe quod nõ receperat, nec tempora exceptionis erant lapſa: quæ ſunt. C. de do. cau. l. fin. & auth. ibi poſita.

t *Non potuit.* facit. ſ. ad Macedo. l. fi. & ſupra de pac. do. l. inter. §. j.

* Coniunge l. 50. & 52. de re iudica.

SI *filiofamilias.* Primò ponit vnum dictum communiter in patre & filio. Secundò in filiis tantùm tollit tres dubitationes. Tertiò in patre tantùm tollit vnũ dubium. Quartò in filio tantùm tollit aliud dubium. ſecunda ibi, Nec intereſt. tertia ibi, Atqui. quarta ibi, At ſi cũ D filio. Bartol.] CASVS. Titius filiusfam. accepit vxorẽ, & ipſa dedit ei dotẽ ſine iuſſu patris ſui. poſtea ſolutũ fuit matrimoniũ. iſta vult agere ad repetendã dotem. Dicitur hîc quòd filius tenetur ei inſolidum: ſed pater non, niſi de peculio filij quod habet apud ſe. Et quod dixi filium teneri inſolidum, intelligas verum eſſ, ſiue habeat in peculio rem vel pecuniã dotalem, ſiue nõ. Sed quamuis teneatur filius inſolidum, non tamen eſt condemnandus, niſi inquãtùm peculiũ facere poteſt, ſicut nec pater de peculio conuẽtus. & quãtùm ſit in dicto peculio, inſpicitur tempore rei iudicatæ. quamuis autem fecerim ſimilitudinem inter patrem & filium quantùm ad condemnationem, tamen quantùm ad aliud eſt inter eos quædã differentia: quia pater conuentus de peculio deducit quod ſibi debetur à filio, vel quod debetur filiis vel ſeruis eiuſdẽ patris à filio: filius autem inſolidum conuentus inquantùm facere poteſt peculium, non deducto aliquo ære alieno. Viuianus.

Diuiſio Bartoli.

E u *Tenetur.* inſolidum, & iure ciuili. H

x *De peculio.* id eſt peculiotenus, & iure prætorio. H.

y *Dotalem habeat.* ſcilicet filius qui conuenitur. tenetur enim vtrobique: ſed intereſt, ſi quæras an teneatur pater: vt. ſ. de pecu. l. in bonæ fidei. &. ſ. commo. l. iij. §. ſi filio. Accurſius.

z *Sic quoque.* ſcilicet filius.

a *Condemnandus eſt.* inſolidum. i. non deducto quod patri debetur, ſed in tantũ in quãtùm facere poteſt: vt prædixi. Itẽ not. vltra peculium: vt ſubiicit, &. ſ. de iud. l. ſi filius. ſed in alia actione quàm dotis inſolidum dãnaretur filius etiã vltra peculium: vt. ſ. de pec. l. ſi quis cum filio. Sed quid prodeſt hæc condẽnatio, cũ pater poſſit ſtatim filio adimere peculiũ: & ſic mulier nihil cõſequitur? Reſpõ. prodeſt ad tria. Primò, quia pater poteſt conueniri actione in factum de re iudic. de peculio: vt ſupra de pecul. l. iij. §. ſed & ſi filius. & de iudic. l. tam ex contractibus. quod prius non erat: licèt prima actio ſic. Secundò, quia factus paterfamilias conueniretur,

nec amplius

nec amplius exigerentur probationes à muliere: vt.ſ. quod cum eo. l. ij. Tertiò, quia currunt vſuræ centeſimæ poſt quadrimeſtre tempus:vt.C.de vſur.rei iudi.l.fi.ſi autem non adimat pater, videtur fieri nunc executio in peculio:vt hîc dicitur,& ſupra de mino. l.iij.§.ſed vtrum.ibi,& quidem,&c.

eſt. Intellegitur [a] autem peculio tenus facere [b] poſſe, quod [c] habet rei iudicandæ tempore. Atquin ſi cum patre agatur, duceretur [d] ex peculio quod patri vel ſubiectis ei perſonis filius debet. At ſi cum ipſo filio agatur, alterius debiti nõ fiet detractio [e] in computatione quantũ facere poſſit filius.

In æſtimatione quantum quis facere poteſt, non fit deductio æris alieni, niſi in donatore. Bart.

LIIII. PAVLVS *libro ſingulari de iure ſingulari.*

2 MAritus facere poſſe creditur, nullo deducto [f] ære alieno: [g] item ſocius, item patronus, parénſve. At is qui ex donatione conuenietur, omni ære alieno deducto facere poſſe intellegitur.

Viro reſtituente dotem debet à muliere caueri de indemnitate. Bartolus.

LV. IDEM *libro quinto ad Plautium.*

CVm mulier de dotis repetitione poſt ſolutũ matrimonium agit, cauere debet [h] marito, qui ædium nomine damni infecti cauit, ſi velit eã recipere, vt periculũ mariti * amoueat, [i]

* marito amoueatur.

Stipulatio generalis refertur ad omnem caſum ſoluti matrimonij. Bartolus.

LVI. IDEM *libro ſexto ad Plautium.*

SI quis [k] ſic ſtipuletur à marito, *Si quo caſu Titia tibi nupta eſſe deſierit, dotem dabis?* [l] hac generali commemoratione, & ab hoſtibus capta ea, committetur ſtipulatio, vel etiã ſi deportata [m] fuerit, vel ancilla [n] effecta. hac enim conuentione [o] omnes [p] hi caſus continentur. Planè quantum veniat in ſtipulatione? vtrũ quaſi mortua [q] ſit, an quaſi diuortiũ fecerit? humanius quis id competere dixerit, quod propter mortem conuenit. [r]

Vſusfructus in dotem datus in re propria mulieris ſibi & heredi eius reſtituitur facto diuortio: in re verò mariti ſibi duntaxat, in aliena verò commoditas percipiendi fructus ſibi & heredi debet reſtitui. Bartolus.

LVII. MARCELLVS *libro ſeptimo Digeſtorum.*

VSufructu [ſ] in dotẽ dato, [t]

a *Intelligitur autem.* &c. ſcilicet filius.

b *Facere poſſe.* quia vir.

c *Quod.* ſcilicet peculium.

d *Deducetur.* vt.ſ.de pecu.l. ſed ſi damnum. §. præterea.

e *Detractio.* hoc enim in ſolo donatore eſt: vt j.de re iud.l.ſunt qui.& l.inter eos.§.fin.& infra l.proxi.& facit.ſ. eo. l.ſi filia.&.l. ſi cum dotẽ. §. trãſgrediamur. &.ſ. de pec.l.ſi ex facto.§.fina.

MAritus.] CASVS. Quia habuimus ſ.eo.maritus.quòd maritus debet cõdemnari vxori inquantum facere poteſt:ideo vult hîc gloſſare qualiter id intelligatur. & occaſione mariti ponit de aliis qui condemnari ſolent inquantum facere poſſunt: ſicut eſt ſocius, & patronus, & parens. Et dicit quòd iſti quatuor non deducunt æs alienum de dicta alienatione vel condemnatione. ſecus autem ſeruatur in donatione. Viuian.

f *Deducto.* niſi ex eadẽ cauſa dona. debeatur: vt j.de re iudic.l.inter eos. §.fi.& facit.ſ.l.proxi.

g *Alieno.* imò contra videtur: cũ abeſſe debeat videri: vt.ſ. de neg.geſt.l. ſi quis mãdato. Sed illud nõ ſimpliciter, ſed ad aliquid eſt verum: vt.j.de regu.iur. l.minus. Azo.& facit.j.de re iudic.l.ſunt qui.&.l.ſeq. Accurſius.

CVm mulier.] CASVS. Mulier dedit mihi in dotem domos inter alias res.& cum illæ domus minarentur ruiuã vicino, ego caui ei vicino de damno infect.poſtea ſolutum eſt matrimoniũ:& mulier prędicta repetit à me dotem.dico ego mulieri: caueas mihi ꝙ quicquid damni paſſus fuero ex cautione dãni infecti, tu reſarcies mihi. Certè dicitur hîc ꝙ bene tenetur mihi cauere. Viuianus.

h *Cauere debet.* [a] ſic.ſ.de rei vin.l.ipſi quoque.& de peti. here. l.illud.§.fin.&.j.de dam.infect.l.inter quos.§.ſi dominus.&.ſ.eo.l.ſi filiofa.dos.§.fi.& de pecu.ſi damni.& de ædil. edct. l. redhibere.§. penul.&.l.item ſi ſerui.debuit enim cauere maritus: vt.ſ. eo.l.etiã. §.fi.&.j.de leg.j.l.quid ergo.§.item ſi ædes. & de here. ven.l. vẽditor.&.j.tit.j.l.j.in fi.

a] Notabiliter dicitur ſi velit: quia cautio non præſtatur niſi petatur. in l. fin. §. 1. j. quorum le. & l. peto. §. fi.& ibi Pau. de Caſt. in lectura Paduana de leg. 2. ad idem Alex. cõſi. 77. 4. parte.

i *Amoueatur.* ſic ſupra de pecu.l.quod debetur.

SI quis.] CASVS. Duo dicit. Primum eſt tale, pater dedit dotem Titio nomine filiæ ſuæ, quam ei Titio maritabat: & fuit ſtipulatus pater hoc modo: Si aliquo caſu filia mea tibi nupta eſſe deſierit, reſtituere promittis mihi dotem quam tibi debeo donare pro ea? poſtea mulier capta eſt ab hoſtibus: vel propter aliquod delictum fuit deportata, vel aliter, qua captiuitate hoſtium fuit facta ancilla. nunquid poterit agere pater ex ſtipulatione ad repetẽdam dotem à dicto marito? Et dicitur quòd ſic. Secundò dicit: Pone quòd pater fuit ita ſtipulatus à dicto viro filiæ, Si filia mea morietur in matrimonio, volo quòd reſtituas mihi totam dotem: ſin autem diuerterit, mediam. poſtea mulier capta eſt ab hoſtibus, vel eſt deportata, vel eſt facta ſerua alio modo quàm per captiuitatem hoſtium. nunquid in his tribus caſibus videtur mortua, vt ita maritus teneatur reſtituere patri totam dotem ſecundum ſtipulationem? an videtur diuertiſſe, vt ita non teneatur, niſi ad mediam dotem reſtituendam maritus? Et dicitur quòd mortua videtur. Viu.

k *Si quis.* dans dotem, ſit pater vel alius.

l *Dabis.* id eſt reſtitues. nam ſoluitur matrimonium: vt.ſ.de diuor. l.j.in fi. etiam ſi velit vir remanere: vt infra de cap. & poſtli. re.l.in bello.§.medio. niſi in caſu: vt.§.de rit.nup.l. in eo iure. §. fin. ſed ea A reuerſa reſtauratur matrimonium nouo conſenſu: vt.j. de cap.& poſtli.reuer.l.cum duæ.& nolens patitur pœnam diſſidij: vt.j.de cap.& poſtli.reuer.l.nõ vt à patre. Sed hodie videtur non ſolui: vt in auth.de nup.§.ſed etiam captiuitas.col.iiij. Vel illa loquitur quo ad hoc vt nõ nubat alij: non ad alia: vt.ſ.de diuor.l.vxores. Accur.

m *Si deportata.* hocquã do vir mutat affectum: aliàs non: vt.C.de repu. l.j. & facit.j. de contra tab.l.j.§.filium. Sed erg. contra.j.de verb.oblig. l.ex ea.§.pen. ADDITIO. Solue vt per Dy. in. l. ſi cum dotem. in princ. ſ. eod.& per Bartolum in l.Gallus.§. & quid ſi tãtùm.j.de lib.& poſthu.

n *Vel ancilla.* priuati alicuius, redacta puta in ſeruitutem: vt ſupra de diuor. l. j. ſed Rog. in prædictis omnibus intelligebat ſi mors naturalis ſubſequatur: vt argu.ſupra eod.l.ſi ab hoſtibus.

o *Conuentione.* aliàs, cõceptione.

p *Omnes hi.* not. pro generalitate.ſic.ſ.de ſerui.vrb.præ.l. ſi ſeruitus. &.j.de verb. ſig.l. cum quærebatur.

q *Mortua.* quo ad hoc vt dos repeti poſſit.

r *Conuenit.* quia plus vel min⁹ in caſu mortis erat redditurus ex pacto facto ſuper dote.

VSufructu in dotẽ.] CASVS. Mulier dedit vſumfructum in dotem. diuortio interueniente, ſi proprietas neutrius ſit, vir non debet ei reſtituere, ſed cauebit quòd nec eam vel eius heredem impediet vti frui donec vixerit. ſed ſi vir non reſtituerit mulieri, D qualiter reſtituet eius heredi? & quid ſi mulier dedit in dotẽ vſumfructum quem habebat in fundo viri? tunc vir nihil reſtituet mulieri. Si verò vir conſtante matrimonio alienauit fundum qui ſuus erat, in quo mulier habebat vſumfructum, vel econ tra mulier alienauit quando ſuus erat, in quo viro conſtituit vſumfructum: tunc interueniente diuortio vſusfru.eſt viri: & ex eius perſona perit: ſed reſtituit mulieri commoditatem vſusfru.& cauebit ſe paſſurum eã vti frui donec vixerit. nam fructuariam eam facere non poteſt. ſed ſi conſenſerit dominus proprietatis, tunc mulieri denuo poterit conſtitui vſusfruct. vel ſi voluerit emere mulier, poterit ei vendere. quòd ſi nõ poterit vẽdere domino proprietatis, debebit ea maritus præſtare patientiam percipiendi fructus: & hoc eodem caſu ſi mora interuenerit reſtituendi vſumfruct. Et ſi mulier deceſſerit, vir debebit cõſentire heredi vel de vendẽdo, vel alio modo. Quod dixi in vſufruct. fundi qui fuit ab initio viri vel mulieris, deſiit fundus ille eſſe: idẽ intelligo ſi ab initio fundus neutrius eſſet, vt quia E extraneus dedit in dotem iuſſu mulieris: & hoc caſu vir debet cedere mulieri ius quod habet, & debet conſentire venditioni vel conſtitutioni vſusfructus. Vel dic breuius quòd interueniente diuortio vir debet reſtituere vſumfructum datum in dotem, qui nõ erat nec ex prædio viri vel vxoris: & cauere quòd nec mulierem nec heredem impediet. ſed in herede ſubſiſto: quia ſi vſusfructus fuit ex prædio viri, non debet reſtitui heredi. ſed ſi ex prædio mulieris, debet reſtitui heredi. & hoc quando fundus perſeuerauit viri vel mulieris. Si verò deſiit eſſe viri vel mulieris, quia alienauit proprietatem, vel extraneus dedit eum in dotem iuſſu mulieris, tunc vir debet cedere iuri quod habet, dimittendo eam percipere commoditatem fructuum: vel conſentire venditioni ſi dominus proprietatis vult emere vſumfructum, & mulier vendere, & hoc eodem caſu ſi mora interuenerit, debet ſimiliter conſentire heredi. Accurſius.

Caſum ponit.

t *Dato.* non aperit à quo: ſed dic ab vxore, vel ab extraneo pro ea.

UNED

ſi diuortium interuenerit, nec proprietas rei apud maritum vel mulierem ſit: [a] eam dotis eſſe reſtitutionem, vt maritus caueat, quamdiu vixerit, paſſurum ſe vti frui mulierẽ, heredémque eius. [b] quod an verum ſit circa adiectionem heredis, [c] dubito. Intereſt quemadmodum ſit vſusfructus in dotem datus. Si cum [d] haberet mulier fructum, viro, cuius erat proprietas fundi, vſumfructum [e] ceſſit: nihil mulier heredi ſuo relinquet. debebatur enim ei vſusfructus, qui ad heredem non ſolet tranſire. † Quòd ſi fundi ſui fructum mulier viro ceſſit, reſtitui is à viro [f] debet. [g] cum proprietate enim ad heredẽ eius tranſiſſet, ſi vir in reddendo eo non feciſſet moram. [h] Si verò alienata ſit proprietas, aut aliquis fundi ſui vſumfructum mulieris iuſſu viro eius dederit in dotem: [i] inſpiciendum eſt primùm quemadmodum mulieri poſſit reſtitui. Poteſt autem vel cautionibus interpoſitis, [k] vt ſicut poteſt vir iure ſuo cedat mulieri, fruíque eam [l] patiatur: vel ſi ſe accommodauit [m] dominus proprietatis, volente eo mulieri cõſtituatur [n] vſusfructus. Nam aut fructum fundi ille [o] mulieri poterit cedere, aut aliquid videlicet pro eo, vt inter eos actum fuerit, dare. [p] Nam & finge hoc ipſum mulierem poſſe proprietatis domino vendere: [q] quo caſu non iniquè etiã mulieris herede agẽte vir facere cogetur: [r] quippe ſi moram non feciſſet, [ſ] pretium fructus * [t] mulier heredi ſuo reliquiſſet. Quod ſi facultatem vſusfructus vendendi proprietatis domino mulier non habuerit, [u] patientiã quam percipiendi fructus præſtare ipſi debuit, etiã heredi eius præſtet.

In rebus quæ ad alienum cõmodum geruntur, conſilium eſt illius voluntatem exquirere: vt geſtor ſe à periculo geſtionis exoneret. Bartol.

LVIII. MODESTINVS *libro ſinſingulari de Eurematicis.*

B SEruus [x] dotalis heres ab aliquo inſtitutus, mariti [y] iuſſu vel adire vel repudiare debet hereditatem. Sed ne maritus aut facilè repudiando, vel temerè ſuſcipiendo incognitam ſucceſſionem, dotis iudicio vxori ſuæ obligetur: [z] conſulendum [a] eſt, mulierem coram teſtibus interrogari, vtrum velit omittere, an adquirere hereditatem. Et ſi repudiare [b] ſe dixerit, facilè mariti iuſſu repudiabit. quòd ſi heredi-
C tatem agnoſcere maluerit, [c] reddendus eſt à marito ſeruus vxori ea conditione, vt cum iuſſu eius adierit, rurſum marito retradatur. Ita & mariti ſollicitudini cõſuletur, & vxoris deſiderio parebitur.

Repudium fraudulentum patri non præiudicat. Bartolus.

LIX. IVLIANVS *libro ſecundo ad Vrſeium Ferocem.*

FIliæ meæ emãcipatæ & ægræ vir in hoc repudium miſit, vt
D mortua ea dotem potius heredibus eius quàm mihi redderet. [d] Sabinus dicebat, vtile mihi eius dotis recuperandæ iudicium dãdum eſſe. Gaius idem. †

Expenſa funeris ſtatim repetitur non expectata dilatione legali. Bartolus.

LX. PROCVLVS *libro quinto Epiſtolarum*

SI filiafamilias nupta deceſſerit, & pater funus ei fecerit: [e]

a *Sit.* tempore diuortij. Accurſius.

b *Eius.* ſ. mulieris. Et not. quòd non dicit cuius erat fundus tempore dationis: ſed ſtatim diuidit in quatuor caſus: quia aut viri, aut vxoris: & eius perſeuerantis vſque ad diuortium, aut non perſeuerantis, aut extranei. & ſic inuenies reſtitui formalem qui erat cauſalis, viro in primo caſu in ſecundo econtra: in tertio & quarto nec cauſalis, nec formalis, ſed commoditas.

c *Heredis.* ſ. mulieris.

d *Si cum.* habeas, ſi enim. vel ſubaudi, nam.

e *Vſumfructum.* qui de nouo conſtituetur ei à viro diuortio facto: vt pote extinctus per conſolidationem: vt. ſ̃. de iure do. l. cum in fundo. circa principium. Acc.

f *A viro.* formalis viro, [a] ſed cauſalis mulieri & heredi: vt. d. l. cum in fundo. §. quòd ſi mulier. &. §. ipſius autem.

g *Debet.* etiam heredi mulieris.

h *Moram.* id eſt ſi reſtituiſſet vſumfruct. mulieri viuenti: & mulier proprietatem non alienaſſet.

i *In dotẽ.* & ſic vtroque caſu habet vir formalẽ.

k *Interpoſitis.* vt caueat quandiu, &c. vt. ſ̃. eo. in princip. Itẽ poteſt aliud remedium adhiberi, vt locetur ei vel vendatur nummo vno: vt. ſ̃. de iu. do. l. ſi vſusfru. & vtroque caſu cedet ius ſuũ vir, ſicut poteſt, vt ſubiicit. nam poteſt quo ad commoditatem: vt. ſ̃. de vſufruct. l. arborib. §. vſufructuarius. & ſic cedat. i. concedat, non autem vt faciat eam fructuariã vt inſtit. de vſufr. §. item finitur. &. d. l. ſi vſusfru.

l *Eam.* & heredẽ ſuũ: vt in fine huius. l. quia cum viri ſit vſusfru. ex eius perſona debet perire: vt. ſ̃. de iur. do. l. cũ in fundo. §. quòd ſi mulier. & de peri. & cõmo. rei vend. l. neceſſariò. §. fi. &. j̃. de noua. l. ſi vſusfructus.

m *Accommodauerit.* id eſt acceſſerit.

n *Conſtituatur.* & abinde peribit vſusfru. morte mulieris.

o *Ille.* ſcilicet proprietarius faciendo eam fructuariam, vel commoditatem ſolam eidem mulieri dimittendo. & hoc ſubiicit, aut æquiualens pro eo.

p *Dare.* ſcilicet proprietarius mulieri, vt plenam proprietatem habeat.

q *Vendere.* quia ille vult emere.

r *Cogetur.* ſcilicet conſentire tali venditioni.

ſ *Non feciſſet.* ſ. vir in conſentiendo vel reſtituendo, vt potoſt.

t *Fructuum.* quos vendidiſſet. Accurſius.

u *Quod ſi facultatem non habuerit.* quia non vult emere. & facit. ſ̃. de iure do. l. cum in fundo. §. ipſius autem. in fi. §.

SEruus.] CASVS. Titia dedit Seio in dotem ſeruum inæſtimatum. ille ſeruus mulieris contemplatione fuit inſtitutus à quodam extraneo. Certè ſi maritus non habet ſollicitudinem damnũ ſuſtinendi; poteſt bene iubere illi ſeruo vt adeat: vel repudiet, ſi magis credit expedire. Si autem habeat ſollicitudinem ne obligetur mulieri act. de dote ſi faciat ſeruum repudiare locupletem he-
A reditatem, vel faciat acquirere damnoſam: datur ei marito conſilium vt coram teſtibus interroget mulierem vtrum velit habere hereditatem in qua ſeruus dotalis eſt inſtitutus, an non. Et ſi dicat nolo, audacter iubeat maritus ſeruo quòd repudiet. ſi autem dicat mulier, volo: dabit ei mulieri maritus ſeruum vt ſuo iuſſu adeat, ſub ea conditione tamen, vt ſtatim cum adierit, marito eum reſtituat. Viuianus.

x *Seruus dotalis.* inæſtimatus? vt. C. de rei vxo. ac. §. & cum lex.

y *Mariti.* qui eſt dominus: vt inſti. qui. alie. lib. in prin. &. C. de iure dotium. l. in rebus.

z *Obligetur.* & hoc ſi contemplatione vxoris eſt inſtitutus. ſi autem viri cõtemplatione, viro acquireretur non reſtituturo mulieri. quod qualiter æſtimetur, colligitur. j̃. de vulg. ſubſti. ſed ſi plures. §. in arrogato. &. C. de iur. do. l. cum aliquis.

a *Conſulendum.* marito hoc modo vt ſequitur. concord. ſunt ſupra de iur. dot. l. ſi legato. & de vſufruct. l. ſed & ſi quid &. ſ̃. eod. l. ſi merito. §. ſi fundũ. &. j̃. de pecu. le. l. hinc quæritur. §. poteſt. & infra de acquirenda here. l. aditio.

b *Repudiare.* ſcilicet ſeruus dotalis qui erat inſtitutus heres.

c *Maluerit.* ſcilicet vxor

FIliæ.] CASVS. Dedi Titio dotem pro filia mea emãcipata: & ſtipulatus fui, vt ſi ea decederet in matrimonio, ad me dos reuerteretur. vnde cum fuerim in vnum caſum tãtùm ſtipulatus, in alium debet habere mulier vel heres eius. ſ. ſi fiat diuortium: vt. ſ̃. eod. l. ſi cum dotem. in prin. maritus cum videret eam ægrã, in fraudem meam fecit diuortiũ cum ea, vt ſic ipſa in matrimonio nõ decederet, ſicque dos remaneret liberis quos ex ea habuit, heredibus eius. Certè dicitur hîc quòd nihilo minus
E habeo act. de dote. Viuianus.

d *Redderet.* cum in caſu mortis tantùm ſibi proſpexerit pater, ſcilicet, ſi decederet in matrimonio: vt. ſ̃. tit. j. l. ſi filia. &. C. de repub. l. dubium. & in authent. de nup. §. eſt quoque. col. iiij. Item not. emancipatam: quia ſi in poteſtate eſſet, non haberet heredem iure iſto: vt infra de caſtren. pecu. l. j. &. ij. Item facit ſupra de euic. l. pater. &. C. de rei vxor. act. §. videamus. & quod not. in. §. extraneum.

SI filiafa.] CASVS. Dedi dotem conſiſtentem in rebus mobilibus pro filia quam habeo in poteſtate: quæ dos ſol. ma. debet reſtitui poſt annum: vt. C. de rei vxo. ac. §. exactio. poſtea mortua fuit dicta mulier, & ego pater feci expenſas circa funus. Certè quamuis dotem non poſſem repetere ante annum, tamen dictam expenſam ſtatim repetam à marito qui habet dotem. eſt enim dicta expenſa æs alienum dotis.

e *Fecerit.* quod facere non tenetur, ſed vir ex dote, niſi quando nulla

a] Quia ſit forma à proprietate ſeparata. cauſalis, quia dependet à cauſa. i. proprietate. & nota pro hoc glo. ordi. inſtit. de vſufruct. in princ. ſuper ver. ius autẽ. quam d. Ia. multum cõmendat ad propoſitum noſtrum in tract. ſuo de act. §. æquè. prima col.

† Limita, niſi eſſet mihi & heredib9 meis quæſitus. & eſt ſingulare. Bal. in. l. 1 §. excepto. verſicu. ſed quid ſi concedo. C. de cadu. tol. quẽ omnes ſequũtur. ſecus in emphytheuſi. gloſ. in. l. indebiti. §. fin. in verſi. cum te. in fin. ſ̃. de condic. inde.

* fructuum.

Hæc l. corruptè legitur in vul. rectè & emẽdatè in Flo. hac.

† Hinc collige Gaium fuiſſe tẽporibus Hadriani, & cõtẽporaneũ Iuliani.

nulla eſt dos:vt.ſ.de relig.ſed ſi nondum.&.l.quòd ſi nulla. & facit ad iſtam legem.l.contra quoque.in eo.tit.

a *Soluantur*. id eſt tradantur.

D*Otalem*. ]CASVS. Mulier dedit mihi in dotem ſeruum: ego manumiſi eum:ipſe liberatus poſtea me heredẽ inſtituit, vel aliquid eo viuente fui ab eo lucratus, puta de iis quæ ei impoſui pro libertate danda: vel habui ab eo æſtimationẽ operarum ei per me impoſitarum : vel quia aliquid mihi donauit. poſtea ſolutum eſt matrimonium inter me & vxorem prædictam.petit à me dicta vxor vt eidem illud quod lucratus ſum ab illo liberto. nunquid teneor ei dare? Et diſtinguitur hîc: Aut ea inuita manumiſi dictum ſeruum, aut volente.& ſi volente, aut donauit mihi ſeruum vt manumitterem. aut mandauit mihi ſolummodò vt manumitterem.Primo caſu totum quicquid habui à liberto, debeo ei reſtîtuere, illo ſcilicet modo qui dicitur in hac.l. Secundo caſu nihil debeo reſtituete.In tertio autem caſu debeo reſtituere illud ſolum quod peruenit ad me tanquã ad patronũ, & nihil aliud. & hoc eſt verum, ſiue iam habui à liberto prędicta cõmoda, ſiue habere poſſum. Item & ſi dolo feci quo minus ad me perueniat, teneor: & etiam heres meus tenetur ſi ad eum peruenerint prædicta cõmoda, non aliàs.§.Sed nunquid pater meus tenetur ſi ipſe dotẽ pro me accepit?& dicitur quòd non, quia lex non fuit locuta niſi ſuper marito.& herede eius. Sed quid ſi ego maritus nolo dare mulieri niſi æſtimationem rerum quas fui lucratus à dicto liberto? Certè audior. & hoc vſque ad. l. in his rebus.

tametſi ei dotem poſt aliquod tempus gener reddere deberet, tamen continuò ſocer agendo conſequetur, vt impenſam funeris præſentẽ recipiat : cætera dotis ſtatuto tempore ſoluantur.[a]

Si vir manumittit vxore contradicente, reſtituit omnia. Bart.

LXI. PAPINIANVS *libro vndecimo Quæſtionum.*

DOtalem ſeruum vir inuita vxore manumiſit.[b] heres ſolus vir à liberto inſtitutus, portionem[c] hereditatis quã vt patronus cõſequi potuit ac debuit, reſtituere debet:[d] alteram verò portionẽ dotis iudicio,[e] ſi modò vxor manumittenti refragatur.[f]

Si vir voluntate mulieris donantis ſeruos dotales manumittit:de impoſitis operis nihil reſtituit.Bartolus.

LXII. VLPIANVS *libro trigeſimotertio ad Edictum.*

QVòd ſi vir voluntate mulieris ſeruos dotales manumiſerit,cùm donare ei mulier voluit,[g] nec de libertatis[h] cauſa impoſitis ei præſtandis tenebitur.

LXIII. PAVLVS *libro ſecundo ad legem Iuliam & Papiam.*

ET* deſinit ſeruus in dote eſſe : quia cui manumittendi cauſa donare liceret,[i] ei quodãmodo donaret quod permitteret manumittere.

* In vul.edit. Et ſic deſinit.

Si maritus manumittit vxore volente eo animo vt eius negotiũ geratur, reſtituit omnia quæ vt patronus conſequitur, mulieri & eius heredi . ſecus in eo quod conſequitur vt quilibet. h. d. vſque ad.§.de viro Bartolus.

LXIIII. VLPIANVS *libro ſeptimo ad legem Iuliam & Papiam.*

SI verò negotium[k] gerẽs mulieris non inuitæ,[l] maritus dotalem ſeruum voluntate eius manumiſerit, debet vxori reſtituere[m] quidquid ad eum peruenit.Sed & ſi quid libertatis eauſa maritus ei impoſuit,[n] id vxori præſtabit. Planè ſi operæ[o] fuerint marito exhibitæ, non æſtimatio earum : non erit æquum hoc nomine vxori maritũ quippiam[p] præſtare. Sed ſi poſt manumiſſionem aliquid ei fuerit liberto impoſitum, id vxori præſtandum eſt.Sed & ſi reum maritus acceperit,ad promiſſorémve æquè aduerſus ipſum obligationẽ debet præſtare.[q] Item quidquid ad eum ex bonis liberti peruenerit, æquè præſtare cogetur: ſi modò ad eum quaſi ad patronum[r] peruenerit. Cæterum ſi alio iure, non cogetur præſtare. Nec enim beneficium quod in eum libertus contulit,hoc vxori debet:ſed id tantùm, quod iure patronatus adſequitur, vel adſequi potuit. Planè ſi ex maiore parte[ſ] quàm debet, heres ſcriptus fuerit: quod amplius eſt, nõ præſtabit.Et ſi fortè cũ ei nihil[t] deberet libertus, heredem eum ſcripſit:nihil vxori reſtituet. Dabit autem (vt ait lex[u]) quod ad eum peruenit. Perueniſſe accipimus, ſiue iam exegit, ſiue exigere poteſt, quia actio ei delata eſt.[x] Adiicitur in lege,[y] vt & ſi dolo malo aliquid factum ſit quo minus ad eum perueniat, teneatur. Si filium[z] exhereda-

b *Manumiſit*. & valet libertas:vt infra de manu.l.ſeruum.&.C.de iure dotium.l.& ſi.&.C.de ſeruo pign. da.ma.l.j. ſi modò eſt ſoluendo:vt dictis legibus dicitur, & hîc, quia eſt dominus : vt ſupra eo.l.ſeruus dotalis.

c *Portionem*. tertiã hodie:olim aliter:vt inſtitu.de ſuc.lib.in princ. &.§.ſed noſtra.

d *Debet*. ex cautione,ſi præſtita eſt:vt ſupra eo.l.ſi conſtaute. §. ſi vir.Vel ſaltem condictione ſine cauſa.

e *Dotis iudicio*. quaſi augmentum dotis: vt ſupra eo.l.ſi marito.§.fina.ſed ſuperiori caſu non auget dotem, cum patrono ſit quæſitum,licèt reddat.

f *Refragatur*. aliàs ſecus : vt infra eodem. l. ſi verò. §. item quidquid.

g Q*Vod ſi vir.Voluit*. & potuerit hoc caſu: vt. C.eod.l. maritus. & ſupra de do.inter virum& vxo.l.quod autem.§.fi.& infra. l.proxi.Accurſius.

h *De libertatis*. ſcilicet dandæ,non onerandæ: vt infra quarum re. act.non da.l.j.§. quæ onerandæ.& facit ſupra eo.l.ſi conſtante.§.ſi vir.in princip.

A i E*T ſic deſinit. Liceret.* vt ſupra.l. proxi. no. & eſt ſic ſupra manda.l ſi verò non remunerandi.§.econtrario.

k S*I verò negotium gerens.* cum mandato,vel ſine:non ergo vt donatarius:vt ſupra eo.l. quod ſi vir. Sed quid ſi ea ignorante? Reſpon.videtur tefragari:vt infra de fur.l.qui vas.§.vetare.& not. ſupra eo.quæ dotis.Accurſius.

l *Non inuitæ*. ſed mandantis,vt ſnbiicit.

m *Reſtituere* . mandati actione conuẽtus quicquid enim, &c.vt. j. ad leg. Corn. de fal.l. filius emancipatur.§. fi. &. ſ. man.l.ex mandato.

n *Impoſuit*. ſcilicet in manumiſſiõe, vel poſtea:vt infra dicit.

o *Operæ*. fabriles, vel obſequiales.Azo.

p *Quippiam*. nec enim vt inter infenſos ſunt hæc tractãda:vt & aliàs ſupra de donatio. inter virum & vxorem.l.ſi id quod.§.ij.

q *Præſtare*. cedendo actionem contra expromiſſorem pro impoſitis & ſic ſupra mandati.l.ſi procuratorem. §. finali, &.l. qui mandatum. §. etiam . & intellige non impoſitum cauſa onerandæ libettatis. nam tunc non vxori, ſed liberto ſi exegiſſet reſtituere tenetur : vt infra quarum rerum act.non da.l.j.§.penul.

r *Quaſi ad patronum*. Arg.ad cauſam ambaſiatorum Mediolanenſium ad Imperatorem Conſtantin. ſic infra de dote præle.l. cum quis. §.nam & ſi quis. & dixi ſupra de actio. empt. l. ſi quis ſeruum. & dixi ſupra de procura. l. qui proprio . § . procurator vt in cæteris. Item not. de tanquam , ſic ſupra quod iuſſu.l.j.§. quid ergo . & quod cuiuſque vniuerſi.l. item eorum. & infra ad Trebel.l.debitor.§. fin. & de lib.le. l.ſi quis reum.in fi.& ſupra de adopt.l. ſi pater. §.qui duos.& infra de adquiren.heredi.l.ſi quis non.Item facit ſupra de condic.inde.l.in ſumma.§.pen.& de nego.geſt.l.ſin autem. §.item ſi.Accurſius.

ſ *Planè ſi ex maiore parte*. olim dimidia, hodie tertia : vt inſtitu.de ſucceſſ.liber.§.j.&.§.ſed noſtra.

t *Nihil*. quia filios habet iure veteri, aliàs non:vt inſti. de ſucceſ. lib.§.j.&.§.ſed noſtra.vel quia amiſit ius ſuccedẽdi electis muneribus & operis:vt.C.de ope.lib.l.ſi quam.& de bo.poſ.contra tabu. l.j.& ij.& infra de ope.liber.l.qui onerandæ.

u *Ait lex*. Iulia † fortè de maritandis ordinibus.ſic infra ad legem Corn.de fal.l.filius emancipatus.§.finali.

† Vt docet ipſcriptio huius legis, quam non habuit Accurſius, aut ſi habuit negligere non debuit. Cõt.

x *Delata eſt*. ſic ſupra de peti.here.l. idem Iulianus. ſed eam cedẽdo liberatur,argum.ſupra eod.titu.l.ſi ſocer.§.Lucius.

y *In lege*. prædicta Iulia:vt ſupra dicta.l.filius emãcipatus.§.fin.& facit ſupra de here.vend..l.ij.§.ſed & ſi quid. & ſupra de petitione here.l.ſed & ſi lege.§.proinde.& ſupra man.l. dolus. & infra tit.ij. l.dolo.& infra de verb.oblig.l.in illa ſtipulatione.§.item.

z *Si filium exheredauerit*. mala mente tanquam ingratum, & tunc peruenerunt voluntate liberti.Si verò nõ mala mente,tunc etiam eo inuito habet filius contta tab.vt infra de bo. lib.l.ſi patronus. §.

uerit patronus, & ad [a] eum bona liberti pertineant, * videndũ eſt an heres hoc nomine teneatur. Et cum nihil neq; ad ipſum [b] patronum, neque ad heredem [c] eius perueniat, quo modo fieri poteſt vt hoc nomine teneatur? [d]

*peruenĩat.

**Prouiſio legis contra ius commune non extenditur vltra illud quod lex exprimit: licèt eadem ſit ratio. Bartolus.**

B

De viro, [e] heredéque eius lex tantùm loquitur: de ſocero [f] ſucceſſoribúſque ſoceri nihil in lege ſcriptum eſt: & hoc Labeo quaſi omiſſum adnotat. In qnibus igitur caſibus lex deficit, non erit [g] nec vtilis actio danda.

**Quando quis tenetur ad quãtitatem reſpectu certæ ſpeciei, ſoluendo ſpeciem liberatur. Bar.**

C

Quod ait lex, [h] *Quanta pecunia* [i] *erit, tantam pecuniam dato*: [k] oſtendit æſtimationẽ hereditatis vel bonorum liberti, nõ ipſam hereditatem voluiſſe legẽ præſtare: [l] * niſi maritus ipſas res tradere maluerit. & hoc enim benignius admitti debet. [m]

*præſtari.

LXV. SCÆVOLA *libro ſingulari Quæſtionum publicè tractatarum.*

HAec † actio [n] etiam conſtante mattimonio mulieri competit.

†Quæ propter ſeruos mulieris ma numiſſos cõ petit. Sic Græci ad hunc locum.

**Damnum datum ab inimicis mariti, culpa mariti dari videtur: & ideo maritus tenetur. Bartol.**

D

LXVI. IAVOLENVS *libro ſexto ex poſterioribus Labeonis.*

IN his rebus quas præter numeratam pecuniam [o] doti vir habet, dolum malum & culpam eum præſtare oportere Seruius ait. [p] ea ſententia Publij Mucij eſt. nam is in Licinnia †Gracchi vxore ſtatuit: quòd res dotales in ea ſeditione qua Gracchus occiſus † erat, periſſent: ait (quia Gracchi culpa ea ſeditio facta eſſet [q]) Licinniæ præſtari oportere.

† P. Licinij Craſſi filia, cui tum dotem ademptam ſcribit Plutarch. in Ti. vbi & de ſeditione Gracch. tractat.

† De Gracchi interitu & ſeditione apud Plutarchum in vita Tiberij & Gaij Gracchorum, & apud Iuuenalem Satyra ſecunda. Quis tulerit Gracchos de ſeditione querentes?

**Facto diuortio maritus veſtimenta data ſeruis dotalibus recuperat qualia ſunt: aliàs compenſat in dotem. Bartolus.**

B Seruis vxoris vir nummos in veſtiarium [r] dederat: quo parato, deinde intra annum diuortiũ interceſſerat. Placuit Labeoni, Trebatio, qualia veſtimenta poſt diuortium eſſent, talia viro reddi. Idem iuris futurum fuiſſet, ſi ipſa veſtimenta vir emiſſet, & ſeruis dediſſet. Quòd ſi veſtimenta nõ redderentur, tum virum precium in dote compenſaturum. [ſ]

**Voluntas deſoluẽdo patri, nõ impedit filiæ ius conſolidationis mortuo parte in ea patre quæ ſoluta non eſt. Bartolus.**

C Filiafamilias diuortio facto dotem patri reddi iuſſerat: deinde parte dotis perſoluta pater deceſſerat. Reliquam partẽ, ſi nec delegata, nec promiſſa nouãdi animo patri fuiſſet, mulieri ſolui debere, [t] Labeo, Trebatius, putãt: ídque verum eſt.

**Si ad maritum ſpectat periculum ancillarum, ad eum ſpectat partus earum. Bartol.**

D Mancipia in dotem æſtimata accepiſti: pactum conuentum deinde factum eſt, vt diuortio facto tantidem æſtimata redderes: nec de partu dotalium ancillarum mentio facta eſt. Manebit (inquit Labeo) partus tuus: [u] quia is pro periculo mancipiorũ penes te eſſe deberet.

**Si maritus per errorem promiſit plus debito: non poteſt exigi vltra debitum. Bart.**

ſi quis non. & l. Paulus. & ſemper obtinet quod hic dicitur.

a *Et ad.* aliàs, & ſi: aliàs, vt ſi. & malè: quia eſt contra ſupra proxi. §. aliàs, etiam: & bene. A

b *Ad ipſum patronum.* ſcilicet defunctum.

c *Ad heredem.* de iure, vel de facto.

d *Teneatur.* quaſi dicat, nullo.

e *De viro.* qui manumiſerit ſeruum dotalẽ, & ad eum aliquid peruenit à liberto.

f *De ſocero.* ſ. ſi ſocer manumiſerit ſeruũ dotalem nurus, & aliquid ad eum peruenit.

g *Nón erit.* ſ. danda directa nec vtilis, vt ſubiicit. vel ponitur nec pro etiam. nec ob. ſ. de præſcrip. verb. l. quoties. quia hîc non ſuggerit æquitas dari. Vel dic duas negationes facere vnam affirmationẽ: vt j. de verb. ſign. l. duob. & ſic non ob. d. l. quotiens. & ſecundùm hoc vbi lex non diſtinguit, nos tamẽ diſtinguem⁹. ſic pro & contra. ſ. de Public. act. l. de precio.

Negationes duæ faciunt vnam affirmationem.

h *Quod ait lex.* Iulia: vt ſ. §. dabit.

i *Quanta pecunia erit.* quæ ſcilicet peruenit ad te virũ, vel dolo feciſti quò minus perueniret.

k *Dato.* tu, vel heres tuus. Accurſius.

l *Præſtari.* quia dixit pecuniam. Sed arg. contra infra de lega. iij. l. quiſquis.

m *Admitti debet.* ſic infra de leg. j. l. ſi fundus per fideic. in princ. & ſ. de pact. do. l. fi. in princ. & infra de doli excep. l. ſi fideiuſſor. & ſupra de euict. habere licere. & l. emptori.

n HAec *actio.* mandati vel neg. ge. quæ datur vxori contra virũ pro bonis liberti, & pro operis de quibus ſ. l. proxi. dicit. vel condictio ſine cauſa, vel ex cautione: vt. ſ. l. dotalẽ. vel loquitur de actio. ex ſtipulat. pro dote. Azo. quando vir ad inopiam vergit: vt. ſ. eo. l. ſi conſtante. in prin.

IN *iis rebus.*] CASVS. Titia dedit mihi in dotem res non in pecunia conſiſtentes. Certè non dobeo committere in eis dolum vel culpam. & ſi committo, teneri debeo. & ponit exemplum in rebus dotalibus Licinnię vxoris Gracchi. [SERVIS VXORIS.] Maritus ſeruis vxoris ſibi in dotem datis ab ea emit veſtimenta, ſiue dedit pecuniam eis vt ipſi ſibi emerent, & emerunt. Certè ſoluto matrimonio illa veſtimenta debent reſtitui viro talia qualia ſunt. & ſi non reſtituantur per mulierem, præcium eorum compenſabit vir ei in dote. [FILIAFAMILIAS.] Soluto matrimonio inter me & filiam Titij in ſua poteſtate exiſtentem, ïpſa iuſſit mihi vt ego redderem patri dotem: & ego ſolui patri dimidiam: & tunc deceſſit pater. Certè ſuperfluum debeo reſtituere filiæ, & non heredibus patris. niſi ipſa delegaſſet me patri, & ego nouandi animo ei promiſiſſem. [MANCIPIA.] Æſtimata mancipia accepiſti in dotem: & conueniſti cum vxore tua quòd redderes ei ſolut. mar. eadem mancipia tantumdem valentia ſicut fuerunt æſtimata. Certè partus eorum lucrari debes. [MVLIER.] Mulier dederat Titio decem vel centum in dotem: facto poſtea inter eos diuortio, ipſa fuit ab eo errante ſtipulata ducenta pro dote ſua. Certè non petet niſi centum. [VXOR DIVORTIO.] Titia fecit diuortium à viro ſuo, & ab eo exegit dimidiam dotis, & reliqua apud eum dimiſit, & nupſit ſecundo: & poſtea fecit diuortium à ſecundo, & rediit ad primum, & ei dedit certam quantitatem nomine dotis, non facta mentione reſidui primæ dotis quod apud eum reliquerat: poſtea ab eo fecit diuortium, & repetit dotem quam ei dedit prima vice & ſecunda. Certè iiſdem diebus reddi debet vtraque. [SI VIR.] Nomine filiæ meæ promiſi genero meo dotem. gener poſtea liberauit me. Certè generi eſt periculum. [SI QVIS.] Pro Titia promiſi dotẽ marito ſuo: poſtea eam inſtitui heredẽ, & deceſſi. Certè amodo non pertinet periculum ad maritum, ſi non exigat ab ea, quamuis eius periculum eſſet ſi non exegiſſet à me promiſſore ſi viuus remanſiſſem. Viuianus.

o *Pecuniam.* i. præter ea quæ ſunt pondere, numero & menſura: vt j. de leg. j. l. talis. illa enim cum debita ſint in genere, perire nõ poſſunt: vt. ſ. de iure dot. l. res. & j. ad leg. Falc. l. in ratione. §. in certæ. Azo. vel niſi ſint æſtimatæ: vt. ſ. eo. l. æſtimatæ. ſed tunc impropriè dotales dicuntur: vt. C. de rei vxo. actio. §. & cum lex Accurſius.

Idem fere ad verbum repetitur in l. 18. ſ. de iure dot.

p *Seruius ait.* & bene: vt. j. eo. l. fi. & C. de iur. do. l. in rebus. & l. mulier. §. Paulus. & argu. C. de pact. conuent. l. fina. §. fina.

q *Facta eſſet.* ſic ſupra loc. l. ſi merces. §. culpæ. & ſupra communi. diuidun. l. ſi is cum quo. Azo.

r *In veſtiarium.* ſine quo poterant ſeruĩ ſe tueri: & vltra conſuetudinem domini: alioquin de in rem verſo teneretur dominus: vt. ſ. de in rem verſo. l. iij. §. proinde ſi ſeruus. & l. ſi res. in princi. hîc ergo agetur condic. ſine cau. inquantum eſt locupletior, cum donari vxori noluerit: quia litis conteſt. tempus inſpicitur: vt. ſ. de dona. inter virum & vxor. l. quod autẽ. in princi. nam non debet cum aliena iactura locupletari: vt. ſ. ſi certum petatur. l. ſi & me. nam diuortium reuocat donationem. vt. ſ. de do. inter vir. & vxo. l. cum hic. §. ſi diuortium. E

Diuortium reuocat donationem.

ſ *Compenſaturum.* hoc videtur corrigi. C. de rei vxo. actio. §. taceat. Vel dic vt not. ſ. eo l. diuortio. §. ob donationes. & facit. C. de compenſa. l. neque. & infra rerum amo. l. j. Item nota hîc contra ſeruiẽtes & pediſſe quas: vt ſupra de pecu. l. id veſtimentum. & infra de leg. iij. l. qui concubinam. in prin.

t *Solui debere.* ſic. ſ. e. l. ſi à mariro. §. ſi pro voluntate. & l. ſi ſocero. j. reſpon. l. in inſulam. & j. de leg. iij. Lucius. §. j. Accurſius.

u *Partus tuus.* [a] vt & ſ. de iure. do. l. ſi mancipia. Sed contra. C. eo. l. j. Solu..

a] Sic in legatorio legata ancilla legatur.

UNED

l.j.Solu.vt ibi.& facit.j̃.de leg.ij.Lucius.

a Errante. ſecus ſi non erraſſet:tunc enim teneretur,vt.j̃.de verb. oblig.l.ſi diuortio. Item & ſi ducēta erant dos, non teneretur niſi inquantū facere poteſt:vt.s̃.de conſtit.pecu.l.iij. Sed argu.cōtra.s̃. de iureiur.l.eum qui.§.ſi mulier ADDITIO. Pro ſolutione huius cōtrarij dic cōſiderāda eſſe verbapromiſſionis: vt no.in.l.ſi prior. s̃. eo. ſecundum Bartol.hîc.

b Prudens. i.ſciēs.Azo.

c Imprudens. i.ignorās. & facit.s̃.de ædil.edict. l.j.§.cauſa.

d Dederat. præter id quod remanſerat apud rē.& facit.s̃. de iure do. l.poſt diuortiū.&.l.dotē.&.l.diuus.&.l.ſi mulier.&.j̃.titu.ij. l. redintegrato.Accurſius.

e Si ſuperius. id eſt primum.Accurſius.

f Iniuſſu. i. ſine iuſſu. aliàs ſecus : vt.s̃. de iure dotium.l. ſi debitor. & facit in eo.titu.l.j.&.l.ſi extraneus. &. l. dotem. &.l.cum in fundo.§.j.

g Ait Labeo. ſi poſtea locupletior fiat ſocer, vel eius heres:vt.s̃.de iure dot. l. cū vir. Vel verius indiſtinctè : vt in eo.tit.l.vir ab eo.

h Si quis. extraneus.

i Nec melius. id eſt nec bonum nec æquum.

k Nō potuiſſet. propter inopiam:idē tamē ſi potuiſſet exigere:nec enim obiicere poteſt mihi culpam qui ex mea culpa ſentit lucrum:vt.s̃.de iure dot.l. cum in fundo. §. quod ſi mulier. Azo. & facit in eo.tit.l.vir ab eo.&.l.dotem.&.l.promittendo.in fi. &.s̃. eo. l.nupta.§.primo.

IN partem.] CASVS. mulier dedit mihi in dotē ſeruū habentē peculiū. poſtea ſolutū eſt matrimoniū. Certè ita bene debeo reſtituere peculiū, ſicut ſeruū. & in eo debeo teneri de dolo & culpa, ſicut teneor pro aliis rebus dotalibus:& fructus ex eo debeo retinere ſicut ex aliis reb⁹ dotalib⁹. Viu.

l In partem. i.pars dotis quæ reddi debet.

m Reſtituit debebit. quod debet reſtitui præter quæſita ex re viri, vel opera ſerui dotalis : vt. C.de rei vxo.act.§.itaq; & præter fructus peculij:vt hîc ſubiicit.

n Et culpam. facit.s̃.eod.l.in his.Item &.s̃.de iure do.l.ſi legati. &. l.ſi ſeruo.& de pecul.l.hinc quæritur.§.j.

o Quo modo. id eſt ſicut.Accurſius.

p Pertinebunt. ſ.fructus:vt.s̃.de iure dotiū.l.dotis.&. C.de iure do. l.pro oneribus.eſt enim tale peculium incrementum dotis.Azo.

& partus: vt in.l. ſi ancillas. &. l. huiuſmodi . §. legatum. de leg. 1. & an & quando ſequatur cō ditionū patris vel matris,vide nota.Bald. in.l. fina. C. de ſer.fug.

* cc.l. diuortio.j̃.de verbor.oblig.

Lucrum ſentiens ex culpa mea, mihi nō poteſt culpam imputare.

† Alludit ad verba formulæ rei vxoriæ, quæ ſic aſyndetos legebātur. Cic.3. de offic . Boet. ad Topic. Cic.

DE IMPENSIS IN RES DOT FAC.

*Cauſæ propter quas à viro reputationes fiunt in iudicio de dote, eæ ſunt fere,ob impenſas,ob res amotas,ob liberos.idcirco poſt titulum* De repetitione dotis, *recte ſequuntur hi tres,* De impenſis in res dotales factis. De rebus amotis, De liberis agnoſcendis. *Eſt & quarta ob donationes factas in matrimonio, de qua oblata occaſione occupauit iam dicere libro ſuperiore.* Pri-

A *ma igitur reputationis ſiue repenſationis cauſa eſt propter impenſas factas in res dotales,quæ, ſi neceſſaria fuerint impenſæ, ipſo iure fit perinde quaſi res quæ retinetur dotalis non ſit,eáque re minus mulier repetit actione de dote. Sed ſi fuerint vtiles,pro modo earū retentio fit veluti pignoris iure vel omiſſa retentione cōdictio competit. Voluptuariarum nomine neque retentio neque repetitio marito competit,niſi mulier pati nolit maritum tollere quæ ſeparari poſſūt. Hodie ob nullas impenſas retētio eſt, ſed actio mādati vel negotiorū geſtor.* Cui.



* Mulier quæ centum dotis apud virum habebat,diuortio facto ducenta à viro errante [a] ſtipulata erat.Labeo putat, quanta dos fuiſſet, tantam deberi : ſiue prudens [b] mulier plus eſſet ſtipulata,ſiue imprudens. [c] Labeonis ſententiam probo.

Dos primi matrimonij videtur in ſequenti matrimonio repetita:licèt matrimonium tertij in medio interuenerit.Bartolus.

Vxor diuortio facto partē dotis receperat,partē apud virū reliquerat:deinde alij nupſerat : & iterū vidua facta ad priorē virū redierat,cui centum decem doti dederat: [d] neque eius pecuniæ, quæ reliqua ex priore dote erat, mētionē fecerat. Diuortio facto reliquum ex priore dote iiſdem diebus virum redditurum ait Labeo, quibus reddidiſſet ſi ſuperius [e] diuortiū inter eos factū nō C eſſet: quoniā prioris dotis cauſa in ſequētē dotis obligationē eſſet tranſlata.& hoc verum puto.

Dos accepto lata poteſt repeti ſicut dos data.Bartolus.

Si vir ſocero ſuo iniuſſu [f] vxoris manente matrimonio dotum acceptā feciſſet : etiam ſi id propter egeſtatē ſoceri factum eſſet, viri tamen periculum futurum ait Labeo: [g] & hoc verum eſt.

D Pro qua parte mulier tenetur ſoluere,pro ea parte ad virū non ſpectat periculum.Bartolus.

Si quis [h] pro muliere dotē viro promiſit , deinde herede muliere relicta deceſſerit:qua ex parte mulier ei heres eſſet, pro ea parte dotis periculum,quod viri fuiſſet,ad mulierem pertinere ait Labeo:quia nec † melius [i] æqui⁹ eſſet, quòd exigere vir ab vxore non potuiſſet, [k] ob id ex detrimento viri mulierem locupletari.& hoc verum puto.

E Vir tenetur de dolo & culpa in quærendo & conſeruando pecūliū : & fructus peculij ſpectāt ad virum.Bartolus.

LXVII. POMPONIVS *libro vigeſimo Epiſtolarum.*

IN partem [l] dotis reddendæ erit id,quod mulieri ex peculio ſerui reſtitui [m] debebit:& ideo & dolum & culpam [n] in eo peculio vel adquirendo vel conſeruando maritus præſtare debet:

B & fructus ex eo percepti, quo modo [o] cuiuſlibet rei dotalis,ad maritum pertinebunt. [p]

# Explicitus eſt

## ex ordine Digeſtorū, ſeu Pandectarum, liber 24. ſingularum liber quintus. Incipit ex ordine liber viceſimus quintus, ſingularium liber ſextus.

C

## DE IMPENSIS IN res dotales factis.

### TITVLVS I.

In iſto tit.iuriſcōſultus ſic procedit,quia primò ponit vnam diuiſionem generalem impenſarū vſque ibi, Neceſſariæ. ibi tractat de neceſſariis vſque ad.l. quod dicitur.§.vtiles.ibi incipit tractare de vtilibus vſque ad.l.voluptariæ.ibi de voluptariis vſque ad.l. vtilium.ibi incipit tractare communiter & permixtim de omnibus vſque ad fi.Bartolus.

D

I. VLPIANVS *libro trigeſimoſexto ad Sabinum.*

IMpenſarum quædā ſunt neceſſariæ, [q] quædā vtiles, † quædā verò voluptariæ. Neceſſariæ hæ dicuntur, quæ in ſe habent neceſſitatem impēdēdi. [r] cæterùm ſi nulla fuit neceſſitas, [s] alio iure habātur. In neceſſariis impenſis hoc ſciendū eſt,eas demum impenſas dotem minuere,quæ in dotem [t] factæ [u]

E ſunt : cæterùm ſi in dotem factæ non ſint, [x] non habēt in ſe reputationē. [y] Inter neceſſarias im-

IMpenſarū.] CASVS. Primò ponit diuiſionem impenſarum quas facit quādoque maritus circa res dotales. & dicit quòd tria genera ſunt. aliæ enī ſunt neceſſariȩ, aliæ vtiles,aliȩ voluptariæ.Secundò dicit quæ ſunt neceſſariæ, i. quæ fiūt propter neceſſitatē. Tertiò ponit quoddam ꝓpriū impēſarū neceſſariarū: quia habēt neceſſe fieri in dote : aliàs cōpēſātur cū dote,nec eam minuunt. Quartò ponit exēplum de neceſſariis impēſis,vſq; ad l.& in totū.Quintò dicit quare dicuntur neceſſariȩ,ſ.quòd maritus habet eas neceſſe facere,& ſi non faciat,tenetur mulieri. ſed pone quòd faciat,ſed malum exitum habuerunt.Certè nihilo minus minuūt dotem.& hoc ſit hîc loco caſus vſq; ad.l.quod dicitur. Viuianus.

q Neceſſariæ. non ideo quia maritus neceſſe habeat eas facere:quia ſic ſecundū hanc ſignificationē etiam vtiles dicerētur neceſſariæ, quia debet res dotales tueri: vt.j̃.eo.l.& in totum.& l.quod dicitur impenſas.ſed dicuntur neceſſariæ,quia in ſe habent neceſſitatē impēdendi. ſic &.j̃.eod.l. impenſæ. & infra de verbo.ſignifica.l.impenſæ.

r Impēdendi. à lege impoſitam.quod dic:vt.j̃. eo.l.iiij.§.j. & de his dicitur vſque ad. l. quod dicitur.§.fi.

ſ Neceſſitas . quo ad ipſam rem:quia vel ſunt vtiles, vel neceſſariæ.

† Scilicet ſine quibus negotiū expediri non poteſt , vel ſine quibus res efficitur deterior: vt in.c. vt prætéritæ.in gl. 1.verſi.& dicūtur expēſæ. extra de electio . de materia huius.l.vide in glo.2. in ca. 1. extra de do. inter vi. & vxo.

t In dotem. i.in res dotales,& ad perpetuā agri vtilitatē:vt.j̃.eod.l. iij.§.j.niſi ſit modica impenſa:vt.j̃.eo.l.omnino.&.l.penul.

u Factæ ſunt. & ad perpetuā ipſius rei in qua impēditur, vtilitatē pertinēt,& nō ſunt modicæ:vt.j̃.eo.l.penult.&.l.omnino. & cōcor.s̃.de rit.nuptia.l.dote.&.C.de rei vxoriæ.l.j.§.neceſſariæ. Acc.

x Non ſint. nec ad perpetuā agri vtilitatem pertinēt: vt in conueniendo debitores quorum nomina ſunt data in dotem ſibi : quia ſecundum Azonem conueniſſe videtur vt ſuo ſumptu hoc faciat: vel quia in res mulieris non dotales impendit.

y Reputationem. ſcilicet in ipſam dotem minuendam : quod eſſet in neceſſariis:vt infra eod.l.quod dicitur. §.j.& facit inſtit. de act.



UNED

penſas eſſe Labeo ait moles in mare vel flumen proiectas. [a] Sed & ſi piſtrinum vel horreum neceſſariò factū ſit, [b] in neceſſariis impenſis habēdum ait. Proinde Fulcinius inquit: Si ædificium ruens, quod habere mulieri vtile erat, [c] refecerit: aut ſi olivueta reiecta reſtaurauerit: vel ex ſtipulatione damni infecti ne committatur, præſtiterit: [d]

II. Pavlvs *libro ſeptimo ad Sabinum.*

Vel in valetudinem ſeruorū impenderit:

Quæ fiunt ad perpetuam vtilitatem rei, dicuntur expenſæ neceſſariæ: ſed quæ factæ ſunt ad præſentem tantùm vtilitatē, ſunt expenſæ vtiles. h.d.

III. Vlpianvs *libro trigeſimoſexto ad Sabinum.*

C Vel ſi vites propagauerit: vel arbores curauerit, vel ſeminaria [e] pro vtilitate agri fecerit, neceſſarias impenſas feciſſe videbitur. Nos generaliter definiemus, multum intereſſe, ad perpetuam vtilitatem, agri, vel ad eā [f] quæ nō ad præſentis tēporis pertineat, an verò ad præſentis anni fructum. [g] Si in præſentis, [h] cum fructibus hoc compenſandum. ſi verò non fuit ad præſens tantùm apta erogatio, neceſſariis [i] impenſis computandum.

IIII. Pavlvs *libro trigeſimoſexto ad Edictum.*

Et in totum id [k] videtur neceſſariis impenſis contineri, quod ſi à marito omiſſum ſit, iudex tāti eū damnabit, quāti mulieris interfuerit eas impēſas fieri. ſed hoc differt, quòd factarum ratio habetur & ſi res malè geſta eſt: nō factarū ita, ſi ob id res malè geſta eſt. itaque ſi fulſerit inſu-
B lam ruentē, eaque exuſta ſit, impenſas conſequitur. ſi non fecerit: deuſta ea nihil præſtabit. [l]

Expenſæ neceſſariæ in dotem factæ minuunt dotē, & quantitatem in dote contentā, nō corpora dotalia. ſecus ſi extra dotē ſint factæ. Item muliere ſoluente eas dos creſcit. hoc dicit. & eſt difficilis & ſubtilis. Bartolus.

V. Vlpianvs *libro trigeſimoſexto ad Sabinum.*

Qvod dicitur [m] †, neceſſarias impenſas dotem minuere, ſic erit accipiendū, vt & Pōponius ait, nō vt ipſæ res corporaliter deminuātur, vtputa fūdus, vel quodcunq; aliud corpus etenim abſurdū eſt deminutionē corporis fieri propter [n] pecuniā. cæterū [o] hæc res faciet deſinere eſſe fundū dotalē, [p] vel partē eius. manebit [q] igitur maritus in rerū detentationē donec ei ſa-
D tisfiat. non enim ipſo iure, corporum, ſed dotis [r] fit deminutio.

† Facit ad hanc.l.c.1.in glo. 2. circa fi. extra de dona. inter virū & vxo.

§. item ſi de dot. in fine titu. & .j. eo. l. penult. & .s. de rit. nup. l. dotem. & de iur. do. ſi is §. quod dicitur. &. C. de rei vxo. act. §. ſed nec. & infra de verb. ſignifi. l. impenſæ. & etiam in præſenti. §.

a *Proiectas.* ſ. expēdere vt recuperet: vel expedit proiicere cauſa faciendi portū, vel cauſa munitionis, vel ne domus vel fundus rueret, vel pro cluſa molēdini, vel ſimilibus.

b *Factum ſit.* i. refectū. alioquin cōtra .j. eo. l. veluti. & .j. ve verb. ſign. l. impenſæ. §. in his. quæ ſunt cōtra ſecundū R. Sed certè hoc poteſt eſſe quòd licèt nouiter ſit factū, tamē habetur inter neceſſarias impēſas, & poteſt eſſe quòd inter vtiles, arg. .j. e. l. pe.

c *Vtile erat.* hæc adiectio fit ex ſequentibus.

d *Præſtiterit.* aliquid, [a] ſubaudi. & facit .s. tit. j. l. diuortio. §. planè. Sed quomodo præſtitit aliquid ex ſtipulatione, cū nō fuerit cōmiſſa? Reſp. præſtitit, ne forte committeretur ſuper ipſa ſtipulatione trāſigendo vel dādo aliquid vt remitteretur, cū eſſet mulieri vtile magis quàm expectare ſtipulationis à ſe expoſitæ euentum.

a ] imò ſubauditur cautum, vel ſatis. eſt enim Helleniſm⁹. Cont.

e *Vel ſi vites. Seminaria.* [b] loca vbi frumentū ad ſeminādum reponitur: vt. & .s. de vſufruct. l. itē ſi. §. pe. & .j. de fun inſtru. l. cum de lanionis. §. paſtores.

b ] De ſeminario vide Bud. .s. de vſufru. l. item ſi fundi. §. ſeminarios. & Catonē lib. 1. de re ruſtica. & Zoanetum.

f *Vel ad eam.* vel pro et. vel expoſitiuè ꝑ id eſt. Sed quid ſi vt proſit vſque ad decēniū? Reſp. idem quod ſi ad perpetuā vtilitatē: cum nō ſit ad præſentis tēporis tātùm. & ſecundum hoc, vel poteſt propriè legi.

g *Fructum.* ſ. tantùm.

h *In præſentis.* ſ. anni vtilitatē tantùm ſit impēſum. & facit .s. famil. erciſcun. l. fundus qui. & de don. inter vir. & vxo. l. ſi id quod. §. j. & infra eod. l. omnino. & .s. titu. j. l. fructus. & l. in inſulam.

i *Neceſſariis.* hoc expone: vt .j. l. proxi.

k *Et in totum id.* quod ad perpetuam vtilitatē agri pertinet. Et not. quòd impēſa neceſſaria dicitur duobus modis. Primo vt .j. eo. l. impēſæ. & de verb. ſignifi. l. impēſæ. & ſic in peti. here. & rei vin. dicūtur. Secūdo vt hîc: quia vir habet neceſſe facere. aliàs eſt reus culpæ, vt hic ſubiicit. Et ſic accipitur .s. l. proxi. & l. j. Eſt ergo hîc perſonæ neceſſitas ſed ibi rei quæ periret aliàs. & in vtraque ſignificatione accipitur cum tractamus de impēſis in rebus dotalibus factis, ſecundum Hugo. quod hîc accipio quo ad hoc vt facere teneatur: ſed eis factis aliter vna quàm alia repetitur: vt .j. l. proxi. & .C. de rei vxor. act. §. ſed nec ob. Accurſius.

l *Præſtabit.* videtur cōtra, quia ſemel cœpit intereſſe: vt .s. ſi quis cau. l. qui autē. §. j. Sed fortè hîc fingitur nō interfuiſſe ſua ꝑpter caſum huius periculi. vel ſpeciale eſt inter virū & vxorē, arg. .j. e. l. omnino. Azo. & facit .s. de neg. geſt. l. ſed an vltro. §. j. & l. ſiue hereditaria. & .j. de magi. cōue. l. j. §. ſi magiſtrat⁹. & .s. ad leg. Aql. l. ſi qs fumo. §. fi. & .j. quod vi aut clam. l. ſi ali⁹. §. eſt & alia. & .j. ad Terty. l. ij. §. non ſolùm. & .s. mād. l. ſi procuratorem. §. mandati. Accur.

*Qvod dicitur.*] Casvs. Hæc l. exponit illud quod eſt .s. eo. l. j. & iij. ſ. ꝙ impēſæ neceſſariæ per maritū factæ in res dotales minuunt dotē. Dicit enim illud eſſe intelligendū cū dos erat in pecunia tantū, vel in pecunia, & nō in ſpeciebus. ſi autem eſſet dos tantū in ſpeciebus, & nō minuūtur ſpecies, ſed ius dotis ſ. tantū: retinebit eas marit⁹ ſol. mat. donec mulier ei ſatisfaciat. & hæc vera ſunt quādo expēſæ ſunt factæ in ipſa dote, nō aliàs. Sed poneꝙ mulier ſatisfecit marito de dictis ſpecieb⁹ impēſis: nūquid
A videtur dos creſcere, quaſi iā deminuta fuiſſet? an verò videtur ex integro permāſiſſe, ita ꝙ nō fuerit deminuta: nec nūc videtur creſcere? & dicitur ꝙ ſi pecunia fuerat in dote, videatur nūc creſcere. nā deminuta fuerat propter dictas expēſas. Sed pone ꝙ maritus ſoluto matrimonio reſtituit dotē vxori nec aliquid dixit de impēſis neceſſariis quas fecerat in dotē? certè poterit cōdicere dotē qua ſi eā indebitè, ſoluerit. [Vtiles avtem.] Viſo de neceſſariis impēſis, nunc vult dicere de vtilibus & voluptariis. & ī hoc. §. dicit quæ dicūtur vtiles. in. l. ſeq. ponit exēplū de vtilib. in. l. autē voluptarię. dicitur quæ ſunt voluptariæ. Itē dicit ꝙ vtiles nō minuūt dotē, quamuis neceſſariæ minuāt: ſed tamē poteſt eas repetere maritus: & ita demū, ſi volūtate mulieris factæ ſunt, ſi mulier non poteſt ſoluere expenſas niſi vēdat res in quibus factæ ſunt. q.d. ſi aliūde cōmodè poteſt ſoluere mulier, non requiritur eius voluntas ad hoc vt maritus poſſit repetere. Sed nūquid voluptarię poterūt repeti? & certè ſi maritus vult auferre ornatū quē poſuit in rebus dotalibus, qui ornat⁹ poteſt marito aliquā vtilitatē afferre, & mulier non patiatur, debet marito reſtituere expēſas quas fecit in ornamēto: aliàs nō poteſt repeti, nec maritus poteſt auferre ornatū. Sed pone quòd res dotales in quibus maritus fecerat voluptarias expēſas, ſūt propoſitæ ad vēdendū: & ſic dicta impēſa faciet eas plus vēdi. certè ſine dubio tūc habet maritus repetitionē, aliàs nō, etiā ſi volūtate mulieris factæ ſunt. Scias etiā quòd ſi maritus velit donare mulieri cōſtāte matrimonio expēſas neceſſarias vel vtiles quas fecit in res dotales, & quas ſoluto matrimonio poteſt repetere, nō valet donatio. Et hoc vſq; ad. l. omnino. in qua dicitur quòd ſi maritus fecit modicas neceſſarias impēſas in rebus dotalibus, nō recuperat eas eo iudicio dotis quo mulier agit contra eum ſoluto matrimonio, ſed poteſt agere contra eam act. neg. geſt. & hoc vſque ad. l. neque. Viuianus.

m *Quod dicitur.* vt inſtitu. de act. §. penult. & ſupra de iure dot. l. ſi is. §. quod dicitur. & .C. de rei vxo. act. l. j. §. ſed nec obſtat. & .j. eo. l. quod dicitur.

E n *Propter pecuniam.* impenſam in dotem, ſubaudi.

o *Cæterùm.* ſi hoc admitteremus. Io.

p *Dotalem.* quod eſt abſurdum.

q *Manebit igitur, &c.* vel lege interrogatiuè: cæterùm hæc res, &c. & ſubaudi, non manebit igitur, &c. Accurſius.

r *Sed dotis.* i. vniuerſitatis dotis quantū ad effectū: quia ex illa ſatisfiet. & ſic poteſt dici quòd propter neceſſarias impēſas cū ſolus fundus inæſtimatus datus eſt in dotē, dos ipſo iure minuitur: non tamē ipſe fundus dotalis minuitur. nā dos eſt nomē iuris, i. ipſum ius quod eſt in dote. & facit ad hāc expoſitionē & hūc ītellectū .j. de dote præleg. l. j. §. ſed quod diximus. ſic & cū aliquis eſt debitor in decē, dicemus eius patrimoniū minutū in decē: nec tamen res quas ipſe habet minutæ ſunt, vel eius eſſe deſierūt in aliquo. ſic & in peculio: vt. & .s. de pecu. l. peculiū. §. ſiære. ſic & in hereditate: vt .j. de verb. ſigni. l. hereditatis appellatio. & .C. de bo. quæ lib. l. fin. §. ſin autē. & hoc ideo, quia peculiū, patrimoniū, hereditas, & dos,

nomina

Vbi [a] ergo admittimus deminutionem dotis ipſo iure fieri? vbi non ſunt corpora, ſed pecunia. [b] nam in pecunia [c] ratio admittit deminutionem fieri. Proinde ſi æſtimata [d] corpora in dotem data ſint, ipſo iure dos [e] deminuetur per impenſas [f] neceſſarias. Hoc de his impēſis dictum eſt, quæ in dotem ipſam factæ ſint [g]: cæterùm ſi extrinſecus, [h] non imminuent dotem. Sed ſi impenſis neceſſariis mulier ſatisfecerit, vtrū dos creſcat, an verò dicimus ex integro [i] videri dotē? Et ego, vbi pecunia [k] eſt, non dubito dotem videri creuiſſe. [l]

Tota dos ſoluta ſine deductione impenſarū neceſſariarū, indebiti cōdictione cōdicitur. Barto.

Si dos tota ſoluta ſit non habita ratione impenſarum, videndum eſt an cōdici poſſit id quod pro impenſis neceſſariis compēſari ſolet. Et Marcellus admittit condictioni [m] eſſe locum. Sed & ſi plerique [n] negent, tamen propter æquitatem Marcelli ſententia admittenda eſt.

Vtiles autē impenſæ ſunt, quas maritus vtiliter fecit, rēq; meliorē vxoris fecerit, [o] hoc eſt, dotē:

VI. PAVLVS *libro ſeptimo ad Sabinum.*

Veluti [p] ſi nouelletū in fundo factum ſit, aut ſi in domo piſtrinum [q] aut tabernam [r] adiecerit, ſi ſeruos artes docuerit.

nomina iuris ſunt. ſed ſi poſtea mulier intra annū expēſas nō offerat, deſinit fundus totus, vel pars fundi, eſſe dotalis: vt. ſ. de iur. do. l. ſi is. §. quod dicitur. Sed ſi maritus velit magis repetere expēſas q̄ retinere fundū, poteſt: vt. C. de ædifi. priua. l. ſi vt proponis. & . ſ. pro ſocio. l. cū duobus. §. idē reſpō. Alij dixerunt q̄ ſtatim deſinit eſſe res dotalis. ſed ſi itra annū offerat pecuniā mulier: creſcit dos, & incipit eſſe dotalis. Et in hac opiniōe fuit Sceuola: quod apparet per id quod dicitur in. d. §. quod dicitur. in. l. ſi is. vbi dicit, cuius rei manifeſtior in fundo iniquitas eſt. & poſtea: nā ſi deſinit. & in fine poſte.: & magis eſt vt ager in cauſam do tis reuertatur, ſed interī alienatio fundi inhibeatur. Ex prædictis ergo apparet quòd lex prædicta, ſi is. huic non ob. quæ ſolet ſignari iſti cōtraria. Vel quia quod dicit hîc, abſurdū eſt deminutionē corporis fieri, ꝓpter pecuniā, ſubaudiēdū eſt ab initio, ſed poſt ſecus. Vel nō fit deminutio partis corporis ſed totū deſinit in dotē eſſe ſi tot fiant impenſæ quanti eſt fundus. Vel illud quod dicitur in. l. ſi is. Sceuolæ opinio eſt, quæ hîc corrigitur. Et in vltimo. §. illius. l. videtur corrigi per id quod dicitur in fine, inhibeatur. licet illud ſit factum pro illo quod dicit reuertatur. Item illud eſt contra eum quod dicitur, manifeſtior eſt iniquitas in fundo. verùm illud ſolemus exponere, id eſt eſſe videtur. nam non eſt iniquitas, vt dicitur in ſuperiori, & vt dicitur in fine illius. §. quando autē corpus inæſtimatū cum quātitate eſt in dotē, vel cum corporibus æſtimatis, quod idē eſt: vt C. de iure do. l. quoties. tunc ſecūdum omnes ipſo iure minuitur dos propter impēſas neceſſarias, & decreſcit dos in quātitate data in dotem, vel in quantitate æſtimata. & hoc eſt q̄d dicitur infra proxi. §. ibi, ergo &c. & ſupra de iure do. l. ſi is. §. ſi. H. & ſecundum hoc intellige. C. de rei vxor. actio. §. ſed nec ob impenſas. & inſtitut. de actio. §. propter retentionem.

Aug. lib. 1. c. 2. oſtendit Haloand. perperā ab hac lect. deflexiſſe.

a *Vbi ergo.* alias ibi, & eſt plana. alias vbi, & lege interrogatiuè & erit reſponſio, vbi non ſunt corpora &c.

b *Sed pecunia.* cum corporibus inæſtimatis, ſubaudi. H.

Corporis ad pecuniā nō ſit compenſatio.

c *Nam in pecunia.* quia pecuniæ ad pecuniam ipſo iure fit compēſatio, ſed non corporis ad pecuniam. Azo. vt ſupra de condict. indeb. l. ſi non ſortem. §. ſi centum. & de pig. actio. l. ſi conuenerit.

d *Æſtimata.* ſcilicet cum aliis æſtimatis. H.

e *Dos.* pecuniæ, ſeu æſtimationis.

f *Impenſas.* factas in rebus æſtimatis.

g *Factæ ſint.* ad perpetuam agri vtilitatem.

h *Si extrinſecus.* cum non ad vtilitatem agri perpetuam: vt ſupra cod. l. iij. & ſubiunge exempla: vt infra eo. l. omnino. & ſupra. e. l. j. §. in neceſſariis. & ſupra titu. j. l. fructus. & . ſ. de dona. inter virū & vxor. l. ſi id quod. §. j. & . l. ſi vir ex lana. §. fin. & . l. ſi prædia. H.

i *Ex integro.* id eſt de nouo conſtitutam. H.

k *Vbi pecunia data eſt.* ſubaudi, & fundus in quem impenſum eſt.

l *Creuiſſe.* Sicut enim erat deminuta ipſo iure: vt ſupra proxi. ita econtra creſcit: & idem dici poteſt vbi corpus tantùm, ſi dicamus quòd decreſcit, ſecundum opinionem Sceuolæ: vt ſupra de iur. dotium. l. ſi is. §. fi. & facit. ſ. de pecu. l. peculium. §. ſi ære. & de doff. Infort.

na. inter virum & vxor. l. cum hic. §. ſi nurus ſocero. Et eſt hîc argum. ad feudum. nam vbi feudum quod habeo, eſt auitum [a], tranſit ad fratres meos me mortuo ſine filio. ſi verò mihi conceſſum, redit ad dominum. Sed pone quòd cōmiſi feloniam, & amiſi feudum auitū: dominus remiſit mihi feloniā: nō videtur de nouo datū: & ſic tranſibit ad fratres meos tanquam auitū, nō de nouo mihi cōceſſum: nō autē reuertitur ad dominū de nouo, ſecundū H. Itē ſi ſolus fundus eſt in dotē, & tamen eſt impenſum quanti eſt: ſicut dicitur minui, ſic & creſcere reſtitutis impēſis. ſed vbi minus, nec decreſcit. ergo nec creſcit: vt patet ex his quæ diximus ſupra ea. l. Accurſius.

a] Repudiata paterna hereditate repudianti non quæritur. de hoc Bald. cum multis not. aliis. in. l. qui ſe patris. 9. col. C. vnde lib. Ange. in authen. de nup. §. ſi verò. colla. 4.

VII. VLPIANVS *libro trigeſimoſexto ad Sabinum.*

Voluptariæ [ſ] autem impēſæ ſunt quas maritus ad voluptatem fecit, & quę ſpecies exornant [t]: quarum [u] vtiles nō quidē minuunt ipſo iure dotem, verūtamen habent exactionem. [x]

Mulier tenetur ad impēſas vtiles ſi eius voluntate factæ ſunt, vel aliunde ſoluere poteſt: aliàs ſecus. Bartolus.

VIII. PAVLVS *libro ſeptimo ad Sabinum.*

Vtilium nomine ita faciendā deductionē [y] quidā dicunt, ſi voluntate [z] mulieris factæ ſint. iniquū enim eſſe, cōpelli mulierem rem vendere vt impenſas in eā factas ſolueret, ſi aliunde ſoluere non poteſt. quod ſummam habet æquitatis rationem.

Mulier debet pati virū tollere quod volūtariè impēdit. ſi ablatū viri cōmodo cedat: aliàs ſecus. & ſi nō patitur, debet ſoluere. Bart.

IX. VLPIANVS *libro trigeſimoſexto ad Sabinum.*

Pro voluptariis impenſis, niſi parata ſit mulier pati maritū tollentem, exactionē patitur. Nā ſi vult habere mulier, reddere ea quæ impenſa ſunt debet marito. aut ſi nō vult, pati debet tollentē: ſi modò recipiant ſeparationem. cæterū ſi nō recipiāt, relinquēdæ ſunt. Ita enī permittendū eſt marito auferre ornatū quē poſuit, ſi futurū * eſt eius, quod abſtulit.

* profuturū eſt.

m *Condictioni.* indebiti quaſi pl[us] debito ſolutū ſit: vt & . ſ. j. de cōdict. indeb. l. qui exceptionē. §. ſi pars. nec ob. in eo. ti. l. ex quibus. quia hîc etiā petitionē habet vir per actio. mādati vel nego. geſt. vt. ſ. tit. j. l. diuortio. §. impendia. & . C. de rei vxoriæ ac. l. j. §. ſed nec ob impenſas. & facit. ſ. tit. j. l. ſi cū dos. & ſupra de cōdict. indeb. l. qui inuicē. & de cōpen. l. ſi ambo. ibi, ſi quis igitur.

n *Plerique.* iuriſcōſulti, cum dicant quòd non datur condi. indeb.

o *Fecerit.* & deteriorem eſſe nō ſinunt: vt. ſ. j. de verbo. ſignifi. l. impēſæ.

p *Veluti ſi nouelletum.* id eſt nouā terrā fecerit: vt. ſ. de peti. hered. l. vtiles. Vel, id eſt terrā præciſam: vt. ſ. j. de verb. ſignifi. l. ſylua. §. noualis. Vel, id eſt nouam plantationē vineæ vel oliueti: vt ſupra de fun. do. l. vir in fundo. Accurſius.

q *Piſtrinum.* ſupra eod. l. j. §. inter. contra. Solu. vt ibi.

r *Tabernam.* Tabernę appellatio declarat omne vtile ad habitādū: nō q̄d ex tabulis clauditur. & expone vt. ſ. j. de verb. ſigni. l. tabernæ.

Tabernæ appellatio quid contineat.

ſ *Voluptariæ.* alias voluntariæ.

t *Exornant.* ſubau. duntaxat, non autem fructum augent. & da exempla. ſ. j. de verb. ſignifi. l. impenſæ. §. fi.

u *Quarum.* ſcilicet omnium impenſarum illæ quæ vtiles ſunt, nō quidem &c. quod faciunt neceſſariæ: vt. ſ. eo. l. quod dicitur. Vel dic, quarum ſcilicet voluptariarum illæ quæ ſunt vtiles &c. quædam enim voluptariæ vtiles ſunt: vt. ſ. j. eo. l. quòd ſi.

x *Exactionem habent.* per act. man. vel neg. geſt. vt. C. de rei vxo. act. §. ſed nec. & . ſ. titu. j. l. diuortio. §. impendia. & intellige ſecundum quod in. l. proxi. dices.

y *Vtilium. Deductionem.* id eſt retentionem. ſed hodie ceſſat, & competit rei vxoriæ actio: vt. C. de rei vxo. actio. §. ſed nec. Vel dic deductionem, id eſt exactionem.

z *Si voluntate.* C. de rei vxo. act. §. ſed nec. cōtra. Sol. quod hîc dicitur, eſt ſecundū naturam actionis rei vxo. vt ibi dicit. hodie enim aliud eſt vt ibi. vel refert, poteſt aliunde ſoluere mulier cōmodè, & tunc quod ibi: aliàs non, vt hîc ſubiicit. aliàs enim nō eſſent vtiles. Si autē quando fecit vir, illa erat ſoluendo, nunc non: quid erit? Reſpō. ſatis eſt: quia ſufficit vtiliter eſſe cœptū [b]: vt. ſ. de nego. geſt. l. ſed an vltro. §. j. & facit. ſ. de rei vin. l. in fūdo. & de pig. act. l. ſi ſeruos & de noxa. act. l. ſi ſeruus. §. j. & . ſ. j. de verb. ſigni. l. impēſæ. Accurſ[ius].

b] Nota tamē, expēſas nondum factas ſed fiēdas nō poſſe taxari, ſingulariter not. Bal. in mar. verſic. expēſæ. & poſt eū Inno. in c. cū veniſſent. de eo. qui mit. in poſſeſ.

*Pro voluptariis.*] CASVS. Profuturū eſt ei. i. ad eius cōmodum, non aliàs: quia non eſt indulgendum &c. vt ſupra de rei vin. l. in fundo. Sed argu. contra ſupra de iure do. l. cum in fundo. §. di-

uortio autem.in fi.§.& facit.C. de rei vxo.actio.l.j.§. ſed nec. & de rei vindi.l.domum.& ſupra de peti.here.l.vtiles. & de in rem verſ. l.iiij.§. ſed ſi mutua. ADDITIO. Dic quòd in illis iuribus contra ex detractione vſuſfructu potest vtilitas percipi: vt ſupra titu.j.l. vſuſfructu. hic ex detractione impenſarum voluptariarum non, ſecundum Dy. Item petit ibi quod ſuum eſt, ideo ſibi reſtituitur: ſecundum Bar. hic.

a Quod ſi. impenſæ. ſcilicet voluptariæ.& facit.ſ.de rei vin. l. niſi venalem. &. l. in fundo. in fi. H.

* Alc. lib. I. prætermiſſo rum in hûc locû, pmercales (ſquit) res interpretatus eſt Angelus Politianus eſſe res ſimpliciter venales. quę ſentẽtia vulgo reprobitur, quoniã nõ generaliter venale ſignificat, ſed quod præter ſuos vſus venale paterfamilias habet, alioquin hic apud iuriſconſultũ omnes impẽſæ vtiles eſſent quæ in aliquã rem fuiſſent factæ natura ſua vẽdibilẽ. quod non pbo. placet itaq; Baptiſtę Pij ſentẽtia.c.anno. poſter. 49. Ego Cõtius promercales interpretor vẽditioni deſtinatas & iã animo à reſamiliari ſeparatas.

b Non voluptariæ. ſupra de in rem verſo.l.iiij.§. ſed ſi mutua.&.§.necnõ illud.cõtra.Solu.hîc ſpeciale inter coniuges: vt C. de rei vxo. act. l.j.§. ſed nec.hîc tamẽ ſit deductio:vt.ſ.eo.l.pro voluptariis. Accurſius.

c In voluptariis. Inhibitam. vnde ſi velit maritus donare impenſas vxori vtiles vel neceſſarias quas repetere poterat, nõ valet donatio: vt hîc, & ſupra de dona.inter virũ & vxo. l.ſi is.§.j.&.l. ſed ſi vir.§. fina.Fallit tamẽ quãdoque: vt in dictis legib⁹. & in.l.id quod.§.ſi quis ſerui. & in duabus legibus ſeq. H.

d Omnino & in ædificandis. ſcilicet de nouo. & dic, &, pro id eſt. & quod ſubiicit, reponendis, id eſt reficiẽdis. Accurſius.

e Modicas. ſcilicet vſq; ad duos aureos: vt.ſ. de dolo.l. ſi oleum.§. fi. & l.ſequens. Vel dic verius arbitrio iudicis: vt.ſ.cõmo.l. in rebus.§. poſſunt. & de vſufruct.l. hactenus. & argu.ſ̃. de iure delibe.l.j.§.j.aliàs dicitur modica, quæ non excedit vires dotis: vt in annuo donato à viro vxori: vt ſupra de dona.inter vir.&vxo. l.ex annuo.in princip. Sed ad id quod dicitur impenſam in ædificando modicam nõ repeti, eſt cõtra ſupra de do.inter vir.& vxor. l. ſed ſi mors.§.fina. quæ eſt contra. Sol.ibi magna. Item quod hîc innuit donatum ad reædificandum repeti, ſi nõ eſt modicum, eſt contra ſupra de do.inter vir. & vxor.l. quòd ſi vir. Sed poteſt dici quòd ibi fuit modica. Vel fortè aliud dicit.l. iſta: ſcilicet quòd ſi vir in res vxoris modicam facit impenſam, videatur donare: maximè in dotalibus negotiis: vt hîc dicit: & ſic ceſſet repetitio. Si ſit magna impenſa, non præſumatur: & ita competit ad repetendum nego.geſt. actio. & probatur hoc aperte.ſ. de dona.inter vir. & vxor.l. vtrum.&.ſ̃.eo.l.quod dicitur.in fi.

f Arbiter. id eſt iudex.ſic. C. de poſtu.l. quiſquis.

g Alioquin. id eſt ſi magna ſit impenſa, nego. geſt. actione repetatur. Vel alioquin, id eſt ſi dicamus modicam impenſam repeti, iam non intererit inter actionem neg.geſt. in qua etiam modica repetuntur: & iudicium dotis, in quo nõ repetuntur modica Sed quo modo poſſet adaptari iudicium dotis ad impenſas: cum illud iudicium contra virum, non autem viro detur? Reſpond. loquitur de impenſa facta ab vxore in re viri. quod non placet vt illa repetatur iudicio dotis. Alij vt R. quòd eſt actio de dote directa & cõtraria, quæ contraria hîc datur. ſed de hac contraria non memini me inueniſſe. nec etiam poteſt dici quòd cõpetat ex ſtipulatu pro expenſis. Dic ergo iudicium dotis competere viro pro expenſis, id eſt deductionem ex dote. nam aget vxor iudicio dotis: dicet vir, volo deducere hoc iudicio. dicet vxor, non potes, ſed agas neg. geſt. Et no. quòd quidam dicunt quòd hæc deductio pro expenſa non modica habuit locum tempore huius.l. ſed hodie contra: vt, C. de rei vxo.ac.l.j.§. ſed nec. Sed Hu. dicit etiam ſecundum hæc tempora non habere locum, ſed antiquiori tempore ſic.& facit infra de lib. agno.l. ſi quis à liberis.§.ſi mater.

Iudiciũ dotis an viro pro expẽſis factis in re dotali competat.

X. PAVLVS *libro trigeſimoſexto ad Edictum.*

Quòd ſi hæ res in quibus impenſæ [a] factæ ſunt, promercales † fuerint: tales impenſæ non voluptariæ, [b] ſed vtiles ſunt.

XI. VLPIANVS *libro trigeſimoſexto ad Sabinum.*

In voluptariis autem Ariſto ſcribit, nec ſi voluntate mulieris factæ ſunt, exactionẽ parere. Donationem inter virũ & vxorem circa impenſas quoq; inhibitam [c] verè Sabinus ſcribit.

In actione de dote, de impenſa modica non curatur. ſecus in actione neg.geſt. Bartolus.

XII. PAVLVS *libro ſeptimo ad Sabinum.*

Omnino & in ædificandis [d] ædibus, & in reponendis propagandiſq; vineis, & in valetudine mancipiorum modicas [e] impenſas non debet arbiter [f] curare: alioquin [g] negotiorum geſtorum potius quàm de dote iudicium videbitur.

Qui percipit fructus, debet tributa & collectas ſoluere. Barto.

XIII. IDEM *libro ſeptimo Breuium.*

Neque [h] ſtipendium, neque tributum ob dotalem fundum præſtita, exigere vir à muliere poteſt. onus enim fructuum hæc impendia ſunt.

XIIII. VLPIANVS *libro quinto Regularum.*

Impenſæ [i] neceſſariæ † ſunt, quibus nõ factis dos imminuitur: [k] veluti ageres facere, flumina auertere, ædificia vetera fulcire, itemq; [*] reficere, arbores in locum mortuarũ reponere. Vtiles [l] ſunt veluti pecora prædiis imponere, id eſt ſtercorare. Voluptuoſæ ſunt balinea exſtruere. [m]

Impenſæ neceſſariæ minuunt dotem, ſi in dote ſunt factæ ad perpetuam vtilitatem. ſecus ſi cauſa quærendorum fructuum, vel ad temporalem rei cuſtodiã. hoc dicit cũ.l.ſequen. Bartolus.

XV. NERATIVS *libro ſecundo Membranarum.*

Quod dicitur, impenſas quæ in res dotales neceſſariò factæ ſunt, dotem deminuere, [n] ita interpretandum eſt, vt ſi quid extra tutelam [o] neceſſariam in res dotales impenſum eſt, id [*] in ea cauſa ſit. Nam tueri [p] res dotales vir ſuo ſumptu debet: alioquin tam cibaria dotalibus mancipiis data, & [*] quæuis modica ædificiorum dotalium

Neque ſtipendium.] CASVS. Maritus ſoluit tributum pro prædio dotali conſtante matrimonio: eo ſoluto vult repetere à muliere. Certè non poteſt: quia iſtud onus eſt fructuũ. Viuianus.

h Neque ſtipendium. Stipendium & tributum idem eſt: licet ex diuerſis cauſis dicãtur: vt infra de verb. ſignifi. l. ager.§.j. & facit. C. ſine cenſu vel re.l.j.&.l.fi.& infra de vſufruct. le. l. quæro. & ſupra de vſufruct. l. hactenus. Accurſius.

Stipendium & tributum an differãt.

Impenſæ.] CASVS. Hæc.l.dicit quæ ſint neceſſariæ impenſæ, & de eis ponit exempla: & dicit quæ ſunt vtiles, & de eis ponit exemplum: & quæ voluptariæ, & ponit exẽplum. Viuianus.

† Cõcor. cũ princ. huius l.ca.pe. cum glo. fi. extra de eo qui mit. in poſſ. cauſa rei ſeruan.

* iter reficere.

i Impenſæ. facit infra de verb.ſignifi.l. impenſæ. Et not.ex hoc quòd hîc dicitur, &.ſ.e.l.& in totum. quòd neceſſaria impenſa dicitur duob⁹ modis: vt ibi not.

k Imminuitur. id eſt deperit in totũ, vel in partem: vt in.d.l.impenſæ.

Impẽſa neceſſaria duobus modis dicitur.

l Vtiles. de his dic vt & ſupra eo.l.vtilem.

m Balinea exſtruere. ſcilicet cũ pro illis nullus reditus recipiatur.

Quod dicitur.] CASVS. Hæc.l. vult determinare illud quod dictum eſt.ſ. eo. l.iiij. reſpõ.vbi dictũ eſt quòd neceſſariæ impenſæ minuunt dotem, ſicut & determinauit in aliqua alia. l. ſupra eo. quod dicitur. & dicit quòd ſi aliquid impenſum eſt per maritum extra tutelam neceſſariam rerum dotalium, & non ad perpetuam earum vtilitatem: illa impenſa non minuit dotem: puta quia dotalibus mancipiis dedit alimenta, vel fecit adaptari parietem in domo dotali, vt nix non veniret: & fecit aptari agrum dotalem. quamuis enim iſta & ſimilia neceſſaria fiãt, tamẽ non pertinent ad perpetuam vtilitatem rerum dotalium, ideo dotem non minuunt, & res dotales earum fructibus dictas impenſas reficiunt marito, id eſt compenſantur cum fructibus. nam multo magis videris tu marite percepiſſe ex his prædiis dotalibus, deductis dictis impenſis, ex perceptione per te facta fructuum ex prædiis dotalibus, quia debent deduci: multo magis dico quàm videaris in dictas res dotales impendiſſe tantum, vt ita repetas expẽſas prædictas, vel in dotem compenſes, & lucreris fructus: quod eſſe non debet. & vt generaliter dicam, ego non poſſum tibi definire quæ ſunt illæ expenſę quæ dotem poſſunt minuere, ſed iudex debet æſtimare ex genere expenſarum: vt ſi ſunt neceſſariæ, minuant dotem: aliàs non. Item ex magnitudine neceſſariarũ expẽſarum: quia ſi ſunt modicæ, non minuent dotem: vt ſupra ea.l. omnino.aliàs ſic: vt ſupra.l.j.iij. reſpon.&.l.quod dicitur.& in primis debet dictus iudex inſpicere antequã inſpiciat genus vel quãtitatem expenſarum, vtrum ſint factæ expenſæ gratia quęrendorum fructuum. & ſi ideo ſunt factæ: non audiat maritum repetentem, vel in dotem compenſare volentem. Si autem non gratia fructuum quærendorum ſunt factæ, tunc inſpiciat genus & quantitatem. hoc dicit cum.l. ſequen. Viuianus.

* id demũ.

* quàm quæuis.

n Deminuere. vt &.ſ.eo.l. quòd dicitur. cùm concor.

o Extra tutelam. id eſt perpetuam rei vtilitatem: vt ſupra eod. l. iij.§. nos generaliter.

p Tueri. ad tempus ſaltem, ſicut fructuarius: vt ſupra de vſufruc. l.hactenus. &.l. ſed & ſi quid.§.j.& poſſeſſor quilibet: vt ſupra ad exhib.l. ſed & ſi hereditas.§.j.& de rei vind.l. ſi res. & ſupra commo.l. in rebus.§. poſſunt.

Refectio.

UNED

a *Refectio.* ſcilicet facta vt tutius habitetur.
b *Minuent.* quod eſt falſum:vt.ſ.eo.omnino.
c *Sed ipſe res.* ſcilicet dotales.
d *Intelliguntur.* ſcilicet tales impenſas.
e *Impendas.* id eſt impendere videaris.aliàs impendiſſe.

refectio, [a]& agrorũ quoque cultura,dotẽ minuent. [b]Omnia enĩ hæc in ſpecie neceſſariarũ impẽſarũ ſunt.Sed ipſæ res [c]ita præſtare intellegũtur, [d]vt nõ tã impendas [e]in eas,quàm deducto [f]eo minus ex his pcepiſſe videaris. [g] Quæ autẽ impendia ſecundũ eã diſtinctionẽ ex dote deduci debeant, non tam facilè in vniuerſum [h]definiri, quàm per ſingula ex genere [i]& magnitudine [k]impendiorum æſtimari poſſunt.

XVI. IDEM *libro ſexto Membranarum.*

ET ante omnia,quęcũque impẽſæ quærẽdorũ fructuũ cauſa factæ [l]erũt, quãquã eædẽ etiã colẽdi [m]cauſa fiãt,ideoq; nõ ſolũ ad pcipiẽdos [n]fruct⁹,ſed etiã ad cõſeruandã [o]ipſam rẽ,ſpeciemq; eius, neceſſariæ ſint:eas vir ex ſuo facit, [p]nec vllam [q]habet eo nomine ex dote deductionem.

DE ACTIONE RErum amotarum.

TITVLVS II.

Licèt vxor conſtãte matrimonio furtũ faciat,furti nõ tenetur, ſed actione rerũ amotarũ diuortio facto conuenitur:niſi poſt diuortium contrectauerit.Bart.

I. PAVLVS *libro ſeptimo ad Sabinum.*

f *Deducto eo.* ſ,quod impẽſum eſt:vt.ſ.eo.l.iij.§.nos generaliter.&.l.neque ſtipẽdiũ. &.ſ.de peti.here.l.ſi à patre.§.fin.&.ſ.titj.l.fructus. &.l.diuortio.§.impendia.&.j.de vſufru.le.l.quæro.
g *Videaris.* quia fit cõpenſatio cũ fructibus.
Definitio in iure periculoſa eſt.
h *In vniuerſum.* quia omnis definitio ĩ iure periculoſa eſt:vt.j.de reg.iur.l.oĩs. &.ſ.de vſur.l.mora.cum ſimilibus.
i *Ex genere.* i.ex cauſa & qualitate:ſ. vtrũ ad perpetuã reivtilitatẽ,vel ad fructũ pręſẽtis ãni:vt.ſ.eo.l.iij.§.nõ generaliter.
k *Et magnitudine.* i.quãtitate:vt.ſ.eo.l.omnino.& ſic ex his, i. qualitate & quãtitate impenſarũ, poteſt colligi propoſitũ impẽdentis, an velit repetere,vel non:vt.j.de aur.& arg.leg.l. Seia.in fi.&.ſ.de dona. inter virũ & vxo.l.vtrũ. & ſeq.l.continuatur cum iſta.
In indice titul. De rerum amotarum actione.
l *ET ante. Factæ erunt.* hîc accipe,eas vir &c.quod eſt infra.
m *Colendi cauſa.* ſ. perpetuò per cõſequentiã.
n *Percipiendos.* fructus præſentis anni.
o *Conſeruandã.* diutius. Accurſius.
p *Facit.* i.facere debet.
q *Nec vllam.* ſic ergo ex mente impẽdentis iudicatur neceſſaria,& minuit dotem ipſo iure:aliàs non, & cum fructibus cõpenſatur:vt.ſ.l.proxi.in fi.& facit.ſ.fami.erciſcũ.l.fundus qui dotis.& not.ſ.l.proxi.ibi,deducto eo,&c.cum concor.

DE ACTIONE RERVM AMOTARVM.

*Quia in ſoluendis matrimoniis per diuortium fiunt amotiones rerum, ideo de his dicit.Vel,quia repetitioni dotis de qua dixit ſupra de iur. do. opponitur compenſatio ob res amotas,vt.C.eo.l.1.ideo de hoc dicit.*

*CAuſa altera retentionis eſt ob res amotas diuortij cauſa,quæ hodie etiã ſublata eſt,quia ſufficit actio rerum amotarũ hoc edicto propoſita, per quam dominus dominá ve intendit eũ qui maritus eám ve quæ vxor fuit ſibi dare oportere,quia & ſi non furaſſe eum eám ve ditat propter pudorẽ tranſacti matrimonij, ſed amouiſſe lenitate verbi triſtitiã rei mitigante, tamen in veritate furtum eſt,& dominus hoc iudicio rẽ ſuam quaſi furi cõdicit, licèt ceſſet actio pœnalis furti & condictio furtiua. Denique alia eſt condictio rerum furtiuarũ,alia rerum amotarum,quamuis liceat cui libuerit etiã rerũ furtiuarum cõdictionem ὑποχοεῖζεσθαι & rerum amotarum appellare vt. l. pen.C.de ord.cog.l.41.j.de lib.cau.vt prætor quoque ſuũ heredẽ quod quaſi dominus ſit, non expilare dicit ſed amouere, furto & expilationi furto alio inuidiã detrahens.l.ſi ſeruum.§.Prætor.De adquir.here. vt cõcubinã quoque paulò honeſtiore verbo dicimus quaſi ὁμευνέτιν quali & vxorem, nõ amicam, vt pleráſque actiones ſimiliter verbis temperamus in parentes & liberos Solonis more inſtitutóque,vt Plutarchus refert. Cuia.*

REr*um.*] CASVS. Titia mea vxor exiſtens, amouit mihi quaſdam res,cogitãs à me ſeparari : poſtea ſolutum eſt matrimonium inter me & eam . nunquid poſſum contra eam agere furti actione?Et dicitur ꝙ nõ,imò agã actione rerũ amo. quãuis enim fecerit mihi furtũ,nõ tamen obligatur mihi furti. & iſtud cõtingit propter honorẽ præteriti matrimonij.quia ergo nõ eſt nata actio furti,vt dictũ eſt:bene poteſt adhuc naſci ſi mulier dictas res contrectet ſolu.matr.Sed ſi ſeruus vxoris meę mihi furtũ fecerit:certè habebo cõtra vxorẽ noxalẽ furti actionẽ nomine ſerui, & nõ ſuo. Quid ſi vxor mea fecit furtũ ei cui heres ſum? Certè furti mihi



A obligata eſt:ſed in honorẽ matrimonij nõ agã cõtra eam niſi condictione furtiua.Et idem eſt ſi mihi fecit furtum antequam mihi nuberet.Item quid ſi non extant res quas mihi amouit conſtante matrimonio,cauſa diuortij,puta quia eas comedit vel aliter conſumpſit mulier? Certè nihilominus locũ habet hæc actio. Viuian.

REum amotarũ [r]iudiciũ [ſ]ſingulare introductũ eſt aduerſ⁹ eam quæ vxor fuit: [t] quia nõ placuit cũ ea furti agere poſſe:quibuſdã exiſtimãtibus ne quidẽ furtũ eã facere vt Nerua,Caſſio, [u]quia ſocietas vitæ [x]quodãmodo dominã [*]eã faceret: [†]aliis, [y]vt Sabino & Proculo,furtũ quidẽ eã facere,ſicuti filia patri faciat:ſed furti non eſſe actionẽ [z]cõſtituto [a]iure. [†]in qua ſentẽtia & Iulian⁹ rectiſſimè eſt:

II. GAIVS *libro ad Edictum Prætoris titulo de re iudicata.*

NAm in honorem matrimonij turpis actio aduerſus vxorem [b]negatur. [†]

III. PAVLVS *libro ſeptimo. ad Sabinum.*

ET ideo ſi poſt diuortium eaſdem res contrectat,etiã furti tenebitur. [c]

Ex perſona alterius inter virũ & vxorem datur condictio furtiua.Bartolus.

Item ſi ſeruus eius furtum fecerit,furti cũ ea agere poſſumus. [d] Sed & cum vxore furti agere poſſibile eſt, ſi ei cui heredes ſimus, furtum fecit, vel nobis, [e]antequam nuberet : tamen propter reuerentiã perſonarum in vtroque [f]caſu furtiuam tantùm con-

r *Rerum amotarũ.* amoueri dicũtur largè,ſi celatæ,delatæ, cõſumptę, & cõtractæ ſunt doloſè,nõ errãdo:vt.j.eod.l.& ideo. §.itẽ verũ. &.j.de acqui.here. l.ſi ſeruũ quis. §. amouiſſe. &. §. amouere.
ſ *Iudicium.* i.actio[a]. ſic. C.de tranſact.l.age.Alij aliter dicũt:vt inſti. qui. non eſt permiſ. fa. te.§. præterea.Accurſius.
t *Vxor fuit.* alioquin ſecus : vt.j.eo.l.ſi cõcubina.in princ.Itẽ not.quę eſt.j.eo.l. reus quidem. Sed cõtra. C.de fur.l.fina.§.fina.Solu.vt ibi.
u *Nerua & Caſsio.* ſcilicet exiſtimantibus.
x *Societas vitæ.* ſ.diuinę & humanæ.C.de crim.expi.here.l.aduerſus. & C.de fur.quãuis.&.ſ.de ritu nup.l.j.& facit.j.ad munic.l.fin.§.ij. &.ſ.de iudi. l. exigere. &.j. de crim.expi.here.l.vxor.
y *Aliis.* ſubaudi, exiſtimantibus.
z *Non eſſe actionẽ.* cõtra j. de fur.l. ſi quis vxori. circa princip. ſed expone vt ibi.
a *Conſtituto.* i.aperto:vt inſtit.de obliga quæ ex delicto naſ.§.hi qui.&.j. de fur.l.ſerui & filij.Sed an condic.fur. teneatur vxor viro,quęrit Ioã.& nõ ſoluit. ſed videtur ꝙ

a Concord. glo.ſuper rubri. extra de iudic. & ibi ponit ad numerum . 12. ſignificationes huius dictionis, iudicium.
*Dionyſius Halicar. ait id à Romulo fuiſſe cõſtitutum.
†Huc pertinẽt quæ ſcribit Plutarchus in præceptis cõnubialib⁹,præcepto.20.
†Quid ius conſtitutum vide Alc.lib. 7.Parerg.ca. 26.
†Vnde & veteribus placuit, vt ſi quid iurgij inter virum & vxorẽ interceſſiſſet, id nõ apud iudices, ſed priuatim inter ſe ipſimet inuicẽ locuti dirimerenr. Valer. Maxim. lib.2.cap.1.

D nõ:vt.j.de obſeq.l.honori.&.l.parẽs.Sed arg.cõtra.j.eo. l.& ideo. §.j.&.l.rerũ quidẽ.Accurſ. ADDITIO. Dic quòd ibi in.l.& ideo. ſunt caſus ſpeciales ſecundum Bartol. hîc. ad.l.autem rerum quimed.reſponde vt per Bartol.ibidem.

b *NAm in honorem. Vxorẽ.* amouentẽ.ſecus ergo ſi deſiit eſſe vxor cũ amouet,vel cũ ſeruus eius amouet,vel ipſa ante cõiugiũ vel ipſa poſtea extraneo cui vir fiat heres : vbi videtur habere locũ actio furti,ſed fauore matrimonij condict.fur.datur,vt ſubiicit.

ET *ideo.*] CASVS. huius legis planus eſt vſque ad.§. ſi filia. [SI FILIAFAMILIAS.] Filia mea in mea poteſtate conſtituta viro ſuo aliquas res amouit.Certè ego pater teneor marito actiõe rerũ amo.de peculio filiæ meæ.ipſa autem neq; furti,neq; re.amo. tenetur.in caſu tamẽ teneor inſolidũ:puta ſi agã cõtra generũ meũ ſol.ma.& repeto ab eo dotẽ quam ei dedi pro filia mea. ego dico adiũcta filiæ perſona,i.nomine meo,& filiæ meæ, cũ mihi & ei ſit actio de dote cõmunis:vt.ſ.tit.ij.l.ij.§.quòd ſi in patris. nã tunc cũ
E agã nomine filiæ,teneor eã inſolidũ defendere in actione rerum amo.& defendẽdo ſatiſdare,ſed ſi mortua ſit filia, nullo modo teneor nomine filiæ : ſed teneor meo nomine inquantũ locupletior ſum factus ex rebus amotis per filiã meã. locupletior autẽ videor eſſe factus etſi dolo feci quo minus ad me peruenirẽt res amotæ. Itẽ & ſi viua eſt filia,nihilominus teneor meo nomine propter illa quæ ad me peruenerunt.& hoc vſque ad.l.contra.Viuianus.

c *Tenebitur.* ſicut quilibet extraneus.& hoc ideo,quia ab initio nõ fuit nata actio furti:vt.j.de fur.l.ei qui.Itẽ not.hîc quòd cauſa ceſſante nõ ceſſat effectus:cũ facto diuortio,niſi cõtrectat, non detur actio furti.ſic &.j.de quæſtio.l.vnius.§.ſeruus. &.j.de decu.l. fina.& facit quod not.j.de vſucap.l.ſequitur.§.ſi rem pignori.&. C.de noxa.l.j.& ſupra de noxali.l.j.& ſupra de mino.l.verum. Cauſa ceſſante nõ ceſſat effectus.
d *Agere poſſumus.* contra.j,eo.l.ſi mulier.§.j.Sol.vt ibi.Accur.
e *Vel nobis.* fecit ipſa furtum.H.
f *In vtroque caſu.* i.in ſecũdo & tertio & quarto reſpõ. nõ autẽ in

dictionem competere, nõ etiam furti actionem, dicimus.

Hæc actio datur etiam pro rebus conſumptis. Bartolus.

Item verum eſt, quod Ofilius ait, etiam eas res quas diuortij tẽpore mulier comederit, vẽdiderit, donauerit, qualibet ratione conſumpſerit, rerum amotarum iudicio contineri. [a]

Filia amouens tenetur inſolidũ, & pater de peculio: & pater adiuncta filia dotẽ repetẽs, ipſam tenetur defendere inſolidũ ea viua: ſed ea mortua tenetur ad id quod ad eum peruenit. h.d.

Si filiafamilias res amouerit, [b] Mela, Fulcinius aiunt de peculio dãdã actionẽ: [c] quia diſplicuit eam furti obligari, vel in ipſam ob res amotas dari [e] actionẽ. Sed ſi pater adiũcta filia de dote agat nõ aliter ei dandam actionem, quam ſi filiã rerũ amotarũ iudicio in ſolidum, [f] & cum ſatiſdatione defendat. Sed mortua filia, in patrẽ rerum amotarũ actionẽ dari non oportere Proculus ait, niſi quatenus ex ea re pater locupletior ſit: [g]

IIII. POMPONIVS *libro ſextodecimo ad Sabinum.*

Dolóve malo fecerit quo minus ad eum peruenerit. [h]

V. PAPINIANVS *libro vndecimo Quæſtionum.*

Viua quoque filia quod ad patrẽ ex rebus amotis peruenit, [i] vtili iudicio petendum eſt.

VI. PAVLVS *libro ſeptimo ad Sabinum.*

Contra nurum [k] quoque ſocero hoc iudicium dandum Atilicinus & Fulcinius aiunt.

Pro rebus quæ ſpectant ad virum, non competit ſocero hæc actio. Bartolus.

Quotiens filiofamilias dos data eſt, ſocerũ ob res [l] diuortij cauſa amotas furti [m] agere nõ poſſe.

Hæc actio datur contra virum etiã ſi fuerit filiusfamilias, & in partem de peculio. Bartolus.

B Itẽ cum rerũ amotarum etiam id virum [n] datur iudiciũ, ſi filiuſfamilias maritus ſit: vtrum de peculio, [o] an in ipſum [p] actio [q] dari debeat: eadem repetemus quæ de filiafamilias diximus. [r]

Hæc actio darur contra heredem, & tranſit ad heredes. itẽ heres viri poteſt cõdicere res amotas eo mortuo: licèt iacẽte hereditate non fiat furtum. Bartol.

Si poſt diuortium maritus deceſſerit, heres eius rerum amotarum iudicio vti poteſt. [ſ] Itẽ heres

C mulieris ex hac cauſa tenebitur, ſicut [t] condictionis nomine ex cauſa furtiua. Sed ſi morte mariti ſolutum ſit matrimoniũ, heres mariti hereditatis petitiõe, [u] vel ad exhibendum actione eas conſequi poterit. Ariſto & condici ei [x] poſſe rectè putat: quia ex iniuſta cauſa apud eam eſſent. Quod ſi mortuo viro amouerit, nõ fecit furtum: quia rei hereditariæ [y] nondum poſſeſſæ non fit

D furtũ: ideoque aut vindicari poterunt, aut in hereditatis petitionem [z] venient.

Si maritus & vxor inuicẽ agũt rerum amotarum actione, poterunt compenſare. Bartolus

VII. VLPIANVS *libro trigeſimoſexto ad Sabinum.*

Mvlier [a] habebit rerum amotarum actionem ad

primo: licèt quidam contra etiã ad primum referant: ne obſit. j. eo. l. ſi mulier. Item quod dicit dari condic. fur. dicunt, i. rerum amotarum: quæ & condictio appellatur: vt. j. eod. l. rerum amotarum. quod non placet: quia illa nõ datur conſtante matrimonio: vt. C. eo. l. ij. quod eſſet opus in his tribus reſponſis. Item non datur niſi cauſa diuortij ſit amotum, & diuortium ſit ſecutum: vt. j. eod. l. rerũ amo. Vel cum vxor de vita viri deſperaſſet: vt j. eod. ſi mulier. quæ nõ ſunt hîc. dicas ergo dari cõdict. furt. & ſunt ſpeciales caſus. Nec obſtat ad id quod notatur in. l. j. in fi. & facit. j. de ſolut. l. cum quis. §. j. &. j. de furt. l. ſi quis vxori. in princi. &. s. de iis qui not. infa. l. ſeruus. Accu.

a *Contineri.* facit infra eo. l. ſi concubina. §. j. & infra de acquiren. heredi. l. ſi ſeruum. §. amouiſſe. &. §. amouere.

b *Amouerit.* diuortij cauſa.

c *Dandam actionem.* ſ. rerum amotarum vel condictionem. nam nõ eſt proprium nomen actionis de peculio: vt. s. de pecu. l. iij. §. cui congruit. Et dic in patrem, i. inquantum ad eũ peruenit, vel locupletatum eſt peculium: vt. s. de pecu. l. iij. §. ex cauſã. & de condict. furti. l. iiij. &. j. eod. l. viua quoque. & idẽ in omni maleficio: vt. j. de vi & vi arma. l. j. §. familiæ. licèt noxaliter ex eis agi conſueuerit: vt. s. de iis qui deiece. vel effude. l. j. §. cum ſeruus. & ſic intelligitur ſupra de condic. fur. l. penul. ADDITIO. Dic quòd iſtud eſt verũ in ſeruo: ſed in filio delinquente ceſſat actio noxalis, ſecundum Bartolum hîc.

d *Diſplicuit.* ſ. dicit: licèt ſit verum: vt. j. eo. l. penul. & facit. j. eo. l. cõtra nurum. §. ij. Accurſius.

e *Dari actionem.* ſcilicet rerũ amot. vel condict. fur. vt ſupra de cõdict. fur. l. ex cauſa furtiua. &. d. l. iij. de pecu. §. ex cauſa.

f *Inſolidum.* videtur ex delicto filiæ patrem grauari: & ſic eſt cõtra in auth. de nup. §. eſt quoque. col. iiij. &. s. de diuor. l. ſi filia. & s. titu. ij. ſi filiafa. Sed ibi in fraudem patris delinquebat filia: hîc in alterius ſcilicet viri. vel hoc ideo, quia ex perſona eius agit: vnde inſolidum defendit. Et ita quædam retinendo habemus ſolida, quæ non agendo. ſic ſupra ſi cer. pet. l. cum fundus. §. ſeruum. & de compen. l. ſi cum filio. & de ædil. edict. l. ſi ſeruus. & facit ſupra de procur. l. ſeruum. §. æquum. Et not. quòd dicit, cum ſatiſdatione, quia nemo, &c. vt. s. de procur. l. non videtur. & ſupra qui ſatiſda. cogan. l. ſi filiusfamilias.

g *Locupletior ſit.* dic vt ſupra proxi. §.

h Dolóve. *Peruenerit.* ad hoc. s. de hered. vel actio. vendi. l. ij. §. nõ tantùm. &. §. feciſſe. Accurſius.

i Viua. *Peruenit.* ] Dic vt not. ſupra eodem. l. & ideo. §. penultima.

Contra.] CASVS. Si nurus mea, id eſt vxor filij mei in mea poteſtate conſtituta, amoueat aliquid cauſa diuortij: ego ſocer bene poſſum contra eam agere. [QVOTIES.] Titia dedit dotem filio meo, & non mihi: & poſtea ſurripuit rem dotalem. Certè ego

A nõn poſſum agere contra eam actione furti, vel rerum amo. cũ ad me nõ ſpectent res amotæ. [ITEM CVM.] Si maritus exiſtens in ſui patris poteſtate, amoueat res vxori, pater tenetur de peculio. [SI POST.] Vxor mea mihi conſtãte ma. ſurripuit quaſdam res: & poſtea ſecutũ eſt diuortiũ: & ego deceſſi. certè heres meus habet cõtra eam actionẽ: & ſi ipſa decedat, heres ſuus tenetur. Sed ſi ego deceſſi ante diuortiũ & ſic nõ habeo actionẽ rerũ amo. vt. j. eo. rerum. nec heres meus habebit: ſed habebit cõtra eã hered. pe. vel act. ad exhibendum: ſicut ſi ipſa amoueat poſt mortẽ meã, & ante aditã here. meã per heredes meos, cui tenetur actione rerum amo. cũ nõ cõmittatur furtũ iacẽte hereditate.

k *Contra nurum.* vt. j. eo. l. nihil. §. j. ſed. j. proxi. §. eſt contra. Sol. vt ibi.

l *Ob res.* datas in dotem. Azo.

m *Furti.* nec rerũ amotarum: cum ad ſocerũ res amotæ nõ ſpectent: vel nõ tenetur pro eis. & idem in qualibet alia re amota quæ ad patrẽ nõ ſpectat. ſi autem ad ſocerum ſpectat, furti agere poteſt ſocer ſi filius erat emancipatus. alioquin non furti, ſed rerum amotarum: vt. j. eo. l. nihil. §. vxor. & in hac. l. in princ. & infra proxi. §. H.

n *Etiam in virũ.* vt. j. e. l. proxi. &. C. eo. l. ij.

o *De peculio.* in patrẽ.

p *In ipſum.* ſ. filium & inſolidum.

q *Actio.* rerũ amotarũ.

r *Diximus.* ſupra e. l. & ideo. §. penul. &. §. fi.

ſ *Poteſt.* vt &. j. e. l. ſi mulier. §. hæc actio. & facit j. e. l. ſi propter. §. fi.

t *Sicut,* nõ omnino ſicut. heres enim furis tenetur etiã ſi nihil ad heredẽ peruenerit: vt inſtit. de ob. quæ ex delic. §. fi. Sed hîc non niſi inquantum peruenit: vt. C. eo. l. fi. & facit. s. eo. l. & ideo. §. fi. &. l. viua. Item non intelligas dari hoc caſu cõdictionem ex perſona defunctæ: vt no. ſupra eo. l. j. in fi. item facit infra eo. l. penul.

E u *Hereditatis petitione.* vt &. j. eo. l. ſi propter. §. fi. &. C. eo. l. fi.

x *Ei.* ſcilicet mulieri, id eſt ab ea. & facit. j. eo. l. rerum.

y *Rei hereditariæ.* vt &. j. ſi quis teſta. li. l. j. §. Scæuola. niſi in caſu: vt j. de fur. l. hereditariæ. &. ll. ſequen. & dic hic rẽ hereditariam ante aditã hereditatẽ, [a] & ante apprehẽſam poſſeſſionẽ: vt ſubiicit, quæ hereditas, quia ſubit vicẽ defuncti: vt inſtit. de hered. inſtit. §. ſeruus alienus. cui vxor debuit reuerẽtiã, eandẽ debeat ipſi hereditati: ſed ea adita & fiet furtũ, & aget heres furti: vt arg. s. eo. l. & ideo. & facit. j. de crimi. expi. hered. l. ij. &. l. vxor. &. C. de fur. l. quanuis. & de crimi. expila. here. l. aduerſus. &. s. de nego. geſt. l. heres. Accurſius.

a] Vbi enim heres poſſideret, nec adiuiſſet etiã bona fide & iuſto titulo: adhuc non diceretur ſua hereditas. vide Paul. de Caſtro in l. licet. C. de iure delibe. Cy. ibidem vtitur fere iiſdẽ verbis

z *Petitionem.* non actionem rerum amotarum.

Mvlier.] CASVS. Si vir amouit res ſuas vxori, bene tenetur hac actione: & ſi vterque eorum ſurripiat alteri, compenſabunt adinuicem: vt. s. tit. ij. l. viro atque vxore.

a *Mulier.* ſic &. C. eo. l. j. & facit. s. titu. ij. l. rei iudicatæ. §. j. &. l. viro &. C. de compen. l. neque. &. j. eo. l. Marcellus. Accurſius. Floren.

Si cum

S*I cum dos.*] CASVS. Mulier amouit res mariti. poſtea ſolu.ma. egit mulier de dote, & eam conſecuta eſt. nunquid amplius poterit maritus agere act. re.amo? & dicitur quod ſic. [SABINVS.] Vxor amouit res viri, & ſolu.ma.eas non vult reſtituere.certè dabitur marito contra eam iuramentum in litem, etiā ſi mulier velit ei dare iuſtam æſtimationem dictarum rerum, ipſe autem nolit niſi res & in iſto caſu iurat maritus in litem contra vxorem:ſicquedatur marito quantitas quam iurauit, & remanet res amota apud mulierē: & maritus nō tenetur mulieri cauere de euictione dictæ rei: quia propter contumaciam mulieris res apud eam remāſit.hoc dicit cū duabus.ll.ſeq. Viuianus.

rum amotarum pro parte rerum, volo pro alia parte ſacramētum ei qui amouiſſe dicitur, deferre? nunquid poſſum? & dicitur quod ſic.& hoc vſque ad.l.nihil intereſt. Viuianus.

g *Res amouerunt.* cauſa diuortij: & ſecutum eſt diuortium: vt.ī.eodem l.rerum.& facit.ī.eo.l.ſi mulier.

a *Nihilo minus.* poterat enim excipere, vel compenſare: vt.C.eod.l.j.ꝗ cum nō fecerit, videbatur ſibi pręiudicaſſe: vt. C.ad leg.Fal.authē. ſed cum teſtator.§.itē ſi heres. vel videbatur poſſe repetere vt indebitum: vt ſupra titu.j.l.quod dicitur.§.ſi dos. quod falſum eſt: vt hîc dicitur, & facit. ſ.de compen.l. ſi ābo. &.ſ.de neg.geſt. l.ſed an vltro.in prin.& ſ.cōmoda.l.in commodato.§.j. &.l.in rebus.§. fin.Accurſius.

b *Actio.* rerum amotarum.

c *Quanti in litem.* ſortitur ergo hęc actio naturam arbitrariarū actionum, licèt non connumeretur inter eas: vt in ſtitu.de act. §.præterea.

d N*On enim, &c.* Cō cor. ſ. de in litē iuran.l.ſi tutor.& ſupra ſolu.mat.l.ſi filiofami.j. §.j. & ſupra de rei vind. l.nec quaſi. Sed contra. C.de in litem dan.tu. l. an tibi. Solu. ibi habebat rem venalem. Item contra ſupra de do. inter virum & vxorem. l. ſi donatæ. Sed ibi cauſam habet poſſidens à vindicante, hîc non.

* Lib. ſeptimo. vide.j.c l.20.

virum: & compenſare poteſt mulier cum actione qua maritus agere vult ob res amotas.

Qui ſoluit quod debet, nō prohibetur petere quod ſibi debetur.

VIII. POMPONIVS *libro ſextodecimo ad Sabinum.*

SI cum dos ſolueretur mulieri, aut ſatis doti fieret, dictum nō eſſet actum iri rerum amotarū: nihilo minus[a] agi poteſt. Nam & cum dos nulla ſit, eadem actio[b] detur.

In actione hac contra non reſtituentem iuratur in litem: & ſoluenti ęſtimationem non cauetur de euictione. Bart.

Sabinus ait, ſi mulier res quas amouerit, nō reddat, æſtimari debere quanti in litem[c] vir iuraſſet.

IX. PAVLVS *libro trigeſimoſeptimo ad Edictum.*

NOn enim[d] æquū eſt, inuitū ſuo[e] pretio res ſuas vēdere.

X. POMPONIVS *libro ſextodecimo ad Sabinum.*

IDeóque nec debere eum pro euictione[f] promittere, quòd ex contumacia mulieris id ita acciderit.

Tam viro quàm vxori competit hæc actio. Bartolus.

XI. VLPIANVS *libro trigeſimotertio ad Edictum.*

MArcellus libro octauo* Digeſtorum ſcribit, ſiue vir vxorem, ſiue vxor virum domo expulit, & res amouerunt:[g] rerum amotarum teneri.

Conuento hac actione poteſt deferri iuſiurandum, niſi alieno nomine conueniatur: & is cui defertur, non poteſt referre. hoc dicit cum duabus.ll.ſeq. Bartolus.

A Qui rerum amotarum inſtituit actionem: ſi velit magis iuſiurandum deferre, cogitur aduerſarius iurare[h], nihil diuortij cauſa amotum eſſe: dum prius de calumnia[i] iuret, qui iuſiurandum defert. Iurare autem tam vir quàm vxor cogetur, pater autem amouentis iurare non cogitur: cum iniquum

B ſit, de alieno facto[k] alium iurare. † Is ergo cogitur iurare, qui amouiſſe dicitur: & idcirco nec heres[l] eius, qui quæve amouiſſe dicetur, iurare cogetur. Si quis delatū ſibi iuſiurandum referre velit: nō videtur prætor permiſiſſe.[m]

XII. PAVLVS *libro ſeptimo Breuium.*

NOn magis quā ſi quis ei qui furti agat, iuſiurandum deferat[n] an ipſe fur ſit.

C XIII. VLPIANVS *libro trigeſimotertio ad Edictum.*

IDeo Labeo ſcribit,[o] mulieri non eſſe permittendum referre[p] iuſiurādum, & ita edictum* ordinatum videtur.

Circa diuerſas res admittitur variatio. Bartolus.

XIIII. PAVLVS *libro octauodecimo ad Edictum.*

DE rebus amotis permittendum marito vel vxori de quibuſdam rebus iuſiurandū deferre, de quibuſdam probare.[q]

D In hac actione non curatur an ſimul habitauerint cōiuges. Bartolus.

XV. VLPIANVS *libro trigeſimoquarto ad Edictum.*

NIhil intereſt, vtrum ſimul an ſeparatim[r] habitauerunt cum actio rerum amotarum competat etiam aduerſus eam

h *Iurare.* niſi patronus à liberta conuentus: vt. ſ.de iureiur.l.ſi patron⁹ libertam.

i *De calumnia.* hoc niſi ſit patronus: cui remittitur, & etiam parenti: vt ſupra de iureiuran. l. iuſiurandum.§. hoc iuſiurandum.

k *De alieno facto.* ſic ſupra de in li. iuran. l. videamus. §.j. & facit. C. de iureiuran.l.delata.& ſupra de iuris & fac. ignō.l.ij.&.iij. Sed contra.C.de adulter.l. in adulterij.&.C.de ſica.l.ſi na. Sed ibi vt teſtis. Item ex hoc quod hîc dicit, not.hoc eſſe iuramentū veritatis. ſic ſupra de iureiuran. l. quoties. &.l. iuſiurandum & ad pecunias.§.j. Accurſius.

† Concor. glo.in c.bonæ memoriç.ſuper verbo, naturam in princ.extra de elect.

l *Nec heres.* cum multū diſcrepet, &c. vt. C.de rebus credi.lege pen. in princi.

m *Permiſiſſe.* ſcilicet relationem: vt infra eodem lege.idem Labeo. & eſt ſpeciale odio delinquētis. Et ideo idem in omnibus delictis: vt & infra.l. proxima. & idem vbicunque lex defert: vt no.C.de rebus credi. l. delata. aliàs regulariter poteſt referri: vt ſupra de iureiuran. l.iuſiurandum & ad pecunias §.datur. &. C. de rebus credit. l. delata. vbi de hoc notat. ADDITIO. Pro declaratione iſtius glo. dic ſecundum Pet. de Bella pertica quod ideo non eſt locus relationi aliàs, quia delictū de quo quæritur, non cadit in ſcientiam eius cui refertur, ſicut in ſciētiam eius cui ab initio defertur: ſed quando æqualiter caderet in ſcientia vtriuſq;, vt cū aliquis verberatur ab aliquo, tunc eſt locus relationi: vt dicta.l.delata.&.l.lex Cornelia.§.hac.l.ſecundū Bar.hîc.

* Edicto.

Ex titulo de iureiurando

e *Suo.* ſcilicet iuſto vel proprio.

f I*Deoque. Pro euictione.* vt.&.ſ.de rei vindi.l.&ex diuerſo.§.petitor. & de condict.fur.l.ſi ſeruus.§.cauere. Sed contra ſupra de donat.inter virum & vxorem.l.ſi donatæ. Solut. vt ſupra.l.proxi.dixi. ADDITIO. Dic quod ibi poſſidens habebat cauſam à vindicante ſecundum gloſ.& Dy. in.c. pro poſſeſſore.de regulis iuris.lib.vj. & ſecundum Bartolum in lege litis. infra pro empt.& in.l.depoſiti.de re iudi.

E M*Arcellus.*] CASVS. Siue vxor expellat maritum de domo, & res amoueat viri: ſiue maritus expellat vxorem de domo, & amoueat res vxoris: tenentur. [QVI RERVM.] Egi actione re, amo.contra vxorem quondam meam, & volo probare quòd ipſa amouerat: & non poſſum niſi per ſacramentum ſuum. certè me iurante quòd non deferatur ei ſacramentum animo calumniandi, ipſa tenetur iurare quòd non amouerit, aut res mihi reſtituere, & quod dixi in vxore, habet locum in viro amouente res vxoris. Sed nunquid pater, vel heres illius qui dicitur amouiſſe, tenetur iurare? certè non. Sed quid ſi ille qui dicitur amouiſſe, referat ſacramentum deferenti? certè non auditur. Item quid ſi ego qui agebam re-

n N*On magis. Deferat.* i.referat.

o N*Ideo Labeo ſcribit.* vt.ſ.eo.l.Marcellus.in fi.&.l.ſeq.

p *Referre.* ſicut nec ab initio deferre, ſecundum quoſdam: quia de alieno facto: vt.ſ.eo.l.Marcellus.§.penul.

Inconſtātia vel variatio quandoque admittitur.

q D*E rebus. Probare.* Inconſtantia vel variatio hîc admittitur. quod dic vt ſupra de procu.l.in cauſæ.

N*Ihil intereſt.*] CASVS. Siue habitem in eadem domo cum vxore mea, ſiue non. & ipſa res meas mihi amoueat, tenetur. [VXOR.] Si habeo filiū meum in poteſtate, & vxor eius mihi aliquid ſurripiat: non ago contra eam actione furti, ſed rerum amotarum. Si autem ſit emancipatus à me filius meus, bene poſſum agere furti contra vxorem ſuam. Et quod dixi in vxore filij, idem eſt in vxore nepotis & pronepotis. Viuianus.

r *An ſeparatim.* quod quandoque faciunt nobiles: & ideo non minus eſt matrimonium: vt ſupra de donat. inter virum & vxo.l.cum hic ſtatus.§.ſi mulier & maritus.& facit. C.de dona.inter virum & vxorem.l.res.& de repu.l.j.

a *Non ſimul.* ergo ipſa ſola:ſed ſuperiori caſu ſubtraxit ex ea quam vir ſolus inhabitabat.

b *Vxor.* facit. ſ.eo.l.j.in fi.&.l.contra nurum.§.j.& de dona.inter virum & vxo.l.iij.§.ab vxoris.&.§.fina.

A

f *Nupſit.* ſic.C.de interdi. ma.l.ſi patris.

g *Contra mandata.* ſic.C. de nupt.l.& ſi contra.

h *Alibi.* vt ſupra de ritu nup.l.lex Iulia.

i *Diuorſij cauſa.* nullũ autẽ eſt diuortium,cũ nullũ ſit matrimoniũ & hic nota ꝙ inter iſtos qui cõtra fas cõueniunt,honor non debetur in omnibus, licèt liberalitas & impudicitia inter eoſdem ad inſtar matrimonij prohibeatur: vt.ſ. de do.inter vi. & vxo.l.hæc oratio. §.j. &.l.cũ hic ſtatus.§.fi.& ĵ.ad leg.Iul.de adult.l.ſi vxor.§.j.

quę ex ea domo ſubtraxit,in qua nõ ſimul [a] cum viro habitauit. *

Contra cõiugẽ eius quam quis habet ĩ poteſtate, nõ datur actio furti:ſecꝰ ſi emãcipata fuerit.Bar.

Vxor, [b] & nurus, & pronurus, viro& ſocero,&proſocero furtũ facere poſſunt.furti autẽ non tenentur,niſi fortè emancipatus ſit filius:tunc enim nurùs patri eius & furtum facit, & furti tenetur.

Hæc lex legitur pluribus modis tam in primo quàm in ſecundo reſponſo . Primo loquitur in viro damnato in metallũ : cuius occaſione ſi vxor amouit, certè tenetur fiſco actione rerũ amotarum in ſimplum.quod nota:quia ſecundũ hoc eſt caſus quòd hæc actio locũ habet ſi quis amoueat propter ſpẽ matrimonij ſoluẽdi aliter quàm per diuortiũ. Secundo modo poteſt legi quòd mulier amoueat cauſa diuortij: poſtea maritus fuit damnatus in metallum,vel deportatus:& mulier diuertit. nõ enim per deportationem ſoluitur, niſi diuortiũ ſequatur:vt.l.j.C.de diuor. Bart.

XVI. HERMOGENIANVS *libro ſecundo iuris Epitomarum.*

AD fiſcum mariti bonis deuolutis, [c] vxor rerum amotarum nomine in ſimplum conuenitur: [d] quamuis [e] alij in quadruplum condemnentur.

Inter eos inter quos non fuit matrimonium verè, non habet locum hæc actio.Bartolus.

XVII. VLPIANVS *libro trigeſimo ad Edictum.*

SI cõcubina res amouerit:hoc iure vtimur,vt furti teneatur. Conſequenter dicemus,vbicunque ceſſat matrimonium,vtputa in ea quæ tutori ſuo nupſit, [f] vel contra [g] mãdata conuenit,vel ſicubi alibi [h] ceſſat matrimonium, ceſſare rerũ amotarum actionẽ: quia competit diuortij cauſa. [i]

Cauſa diuortij poteſt amoueri tunc cũ fit diuortiũ, vel etiã ante ſi poſtea celetur.Bartolus.

Res amotas dicimus nõ ſolùm eas quas mulier amouit cum diuortij conſilium iniſſet : ſed etiã
B eas quas nupta [k] amouerit, ſi cũ diſcederet,eas celauerit. [l]

Hæc actio competit pro rebus extãtibus & peremptis.Bartol.

Non ſolùm eas res quæ exſtãt, in rerum amotarum iudiciũ venire Iulianus ait : verùm etiã eas quæ in rerum natura eſſe deſierũt. [m] Simili modo etiam certi [n] condici eas poſſe ait. Quæ viro ſuo res pignori datas [o] amouerit: [p] hoc iudicio tenebitur.

XVIII. PAVLVS *libro ſexto Quæſtionum.*

C SEd & domino cõdictio [q] cõpetet:ſed alterutri [r] agere permittendum eſt.

Amouere dicitur qui dolo cauſam dat, vt alius amoueat.Bart.

XIX. VLPIANVS *libro trigeſimoquarto ad Edictum.*

SEd & ſi diuortij tẽpore fures in domũ mariti induxerit, [ſ] & per eos res amouerit, [t] ita vt ipſa nõ cõtrectauerit: rerũ amotarum iudicio tenebitur. Verum eſt itaque quod Labeo ſcripſit,
D vxorẽ rerum amotarum teneri, etiã ſi ad eã res non peruenerit. [u]

Hæc actio cõpetit coniugi pro re à ſe bona fide poſſeſſa.Bartol.

XX. MARCELLVS *libro ſeptimo Digeſtorum.*

SI rem quam maritus bona fide emerat, vxor amouit, vel opem furi tulit, [x] ídque fecit diuortij [y] cauſa:rerum amotarum iudicio damnabitur.

*habitabat.

AD*fiſcum.*] CASVS. Vxor mea mihi ſurripuit res meas cõſtãte matrimonio . & poſtea ex aliquo meo delicto bona mea publicata ſunt. certè ſicut interim poteram conuenire vxorem, ita eam conueniet fiſcus.

c *Deuolutis*. puta viro damnato in metallũ,& ita ſolu.matrim.vt.ſ.de diuor.l.j. & eius ſolutionis gratia res viri amouit vxor.at viro deportato nõ ſoluitur matrimoniũ,niſi vxor velit eſſe ſolutum:vt. C. de diuor.l.j.

d *Cõuenitur.*ſic enĩ fiſco vt heredi mariti tenetur, vel vt ipſi viro, cui nõ tenetur ad pœnã:vt C.eo.l.ij. habetur enim vt heres:vt. C.de ſentẽ. paſ.l. ſi ademptis. & ad leg.Iuliam de vi publi. vel pri.l.tutoris.

e *Quamuis alij*. habeas alij,pluralis numeri : & nõ habeas,condẽnetur: ſed dic,cõdemnẽtur. & dic,alij ſubtrahentes de rebus ad fiſcũ pertinẽtibus vel fiſco delatis, vel fraudẽ cõtra fiſcũ committẽtes:vt.C. de naturalibus liberis.l.j. in fin. &.ĵ.ad leg. Iuliã pecu.l. ſacrilegij.in fine.&.ĵ.de iure fiſci. l. aufertur. in fine.& eſt ratio : qa hîc nõ erãt fiſcales, imò priuatæ tẽpore amotionis. Azo.vel habeas ſecũdũ M. alij, vel aliis : extraneo,vel extraneis:& ſic datiuus ſingularis numeri vel pluralis: & habeas condẽnetur,ſ.mulier ꝑ furto manifeſto vel rapina quã fecerat eis,nõ viro vel fiſco. nã quadruplum eſt pœna furti manifeſti,vel rapinæ.Sed omnino melius eſt legere condemnentur,quàm cõdemnetur.

SI *cõcubina.*] CASVS. Si cõcubina mea mihi res meas amoueat,vel illa cũ qua nõ eſt mihi matrimonium de iure,licèt ſit fortè de facto,bene habeo cõtra eam actionẽ furti, & nõ rerũ amo.quia act.rerũ amot. cõpetit cauſa diuortij facta amotione.diuortiũ autẽ hîc nõ potuit eſſe,cum nõ fuerit matrimoniũ. ſed & ſi mulier nõ cogitabat adhuc de diuortio cũ mihi ſurripuit licèt cum fiebat diuortiũ inter.me & eã,dictas res celauit : nihilominus tenetur act. rerũ amo. [NON SOLVM.] Siue extant res quas mihi amouit vxor mea,ſiue nõ:ſemper habeo act.rerũ amo. & etiã cõdictionẽ furtiuã. [QVÆ VIRO.] Mihi cõmodauit Titius Codicẽ ſiue Digeſtum,& vxor mea mihi ſurripuit. certè poſſum agere cõtra eam act.rerũ amo.& Titius qui mihi cõmodauit, habet cõtra eam condictionẽ furti.Sed ſi vnus noſtrũ agat contra eã:alter nõ poterit agere.Sed pone ꝙ vxor mea non ſurripuit mihi ſuis manibus res meas,vel alienas mihi cõmodatas:ſed introduxit fures qui ſurtipuerunt.certè nihilo minus tenetur:quamuis res amotæ per dictos fures ad eã non peruenerint, & quod dixi in re mihi cõmodata,idem eſt in ea quam bona fide emi ego maritus.

k *Nupta*. nondum cogitans de diuortio.

l *Celauerit*. datur enim hæc actio ex ſecũda cõtrectatiõe, cũ ex prima deficiat.ſic.ĵ.de fur.l.ſerui & filij.in prin.vt not. ſup.eod.l.iij. in princip. H.& facit.ſ.eo.l.iij.§.itẽ verum.Accurſius.

m *Deſierunt*. ſic in cõdictione furtiua:vt.ĵ.de fur. l. inter omnes. in prin.cui hæc ſimilis eſt: vt infra eod.l. rerum.in fin.Accurſius.

n *Certi.*ſcilicet generalis, quæ concurrit cum cõdi.fur.&hac actione: vt.ſ. ſi cer. peta.l. certi condictio. in prin. &.§. ſed ex cauſa furtiua.

o *Datas*. ab aliquibus. Accurſius.

p *Amouerit*. cauſa diuortij:& ſecutum eſt diuortium : vt & infra eod.l. rerum quidem. Alij dixerunt etiam conſtante matrimonio hoc caſu dari rerum amotarũ:vt.C.de fur.l.fin.§. fina. quod non placet. nec illud eo modo intelligimus:vt ibi no.

q S*Ed & domino condictio*.ſ. furtiua, & actio furti.arg.infra eo. l.ſi vxor.H.

r *Sed alterutri*. i.ipſe vir prius, ſi ſoluendo eſt: aliàs dominus aget : vt. C.de furt.l.fin.in fi. ſed certè ibi loqtur de act. fur. & hoc idem & eodem modo dicã de act. furt.& de act.rerũ amotarũ.Vel fortè neç tunc quia ibi loquitur cum conſtabat adhuc matrimonium,hîc eo ſoluto. Item hîc condictio
E furtiua & actio rerum amotarum, cum ſint rei perſecutoriæ, tolluntur adinuicem:vt.C.de fur.l.ancillæ.&.ſ.de condic.fut.l.ſi pro fure.§.j.& facit ſupra eo.l.ſi rem.

ſ S*Ed & ſi.Induxerit*. ſcilicet mulier.

t *Amouerit*. i. ipſi amouerint eius ope & conſilio.alioquin ſi nec ipſi nec ipſa amouiſſet, ſecus eſſet : vt arg.infra de furtis. l. ſi quis vxori.& ſeq.§.neque verbo.vt.l.ſi is qui rem.§.ſi tu Titium.

u *Non peruenerit*. ſecus eſt in condi.fur.vt infra de furt. l. vulgaris. in fi .& l.ſeq.& ſupra de condic.furti.l.ex cauſa furtiua.&.l.ſeq.& ibi no.plenè.& facit infra eo.titu.l.ſi mulier.§.fi.H.

x S*I rem.Opem furi tulit*. ſecus in condict.furti.vt not.ſ.l.proxi.

y *Diuortij cauſa*. aliàs ſecus:vt infra eo.l.rerum. niſi in caſu: vt infra.l.proxi.ſi mulier.in prin.Accurſius.

SI *cum mulier.*] CASVS. Vxor de vita viri deſperans,diuertit ab eo ſurreptis ei quibuſdam rebus:poſtea vir liberatus eſt ab illa infirmitate. certè habet contra eam vtilem rerum amota. act. non

autem

autem directam: quia nõ fecit cauſa diuortij mulier furtum. [SI SERVVS.] Seruus vxoris meæ ſiue dotalis ſiue nõ ſurripuit mihi quaſdam res iuſſu dominæ ſuæ,cum iniiſſet cõſilium diuertendi: certè tenetur mulier rerũ amotarũ actione.ſecus ſi non fecit iuſſu dominæ:quia tunc diſtinguitur vtrum mulier ſciuit eum eſſe furem, cum eum mulier dedit mihi in dotem:& ſarcit mihi totum damnum conuẽta à me act. furti ſerui.Si autẽ ignorauerit mulier eum eſſe furẽ,tunc tenetur furti noxali. [RERVM AMOTARVM.] Vxor mea amouit mihi res quas mihi dederat in dotẽ. poſtea ſolutũ eſt ma.inter me & eam. & ſic ipſa habuit repetitionẽ dotis ſi nõ ſurripuiſſet dotem.vnde videtur quòd maritus nõ poſſit ab ea repetere res dotales quas ipſa amouit: quia & ſi nõ ſurripuiſſet, eas poſſet repetere. Dicitur tamẽ hîc quòd poteſt:quia interim patitur damnum maritus eo quòd fructus nõ habet ex rebus dotalibus per eã ſurreptis: & non ſolùm lucri, ſed etiam damni habetur ratio. [HÆC ACTIO.] Actio rerũ amotarum cõtinet rerum perſecutionem, quamuis naſcatur propter delictũ ſurripiẽtis. & ideo nõ finitur anno ſicut & condictio furtiua.Item nõ ſolùm marito,ſed etiã heredi eius cõpetit: & ſi mulier nõ eſt ſoluẽdo cõuenta re. amot. inſolidũ cõdemnatur.& idẽ eſt in viro ſurripiente. & litera dicit rationem bonam.

†Facit. 11. q. 3. cap. qui reſiſtit. & Gell. lib. 2. Noct. Att. cap. 7.

a *Vtilis*.nõ directa:quia hîc nõ fuit diuortium, quod eſſet opus:vt.ĵ. e. l. rerum. vel ideo, quia mors fuit cauſa amotionis,non diuortium : licèt & illud interceſſerit. nam dicitur, diuertiſſet. videbatur autẽ nulla danda,cum mors præbuerit cauſam diuortio,& per conſequens amotioni:quia cauſa ceſſante ceſſaret actio.ſed certè diuortiũ remanet,quod cauſa ꝓxima poteſt dici.

b *Facienti*. ſcilicet mulieri.

c *Non faciat*. imò videtur:vt.ĵ.de fur.l.ſi quis vxori.in princi. &.l. qui ſeruo.§.idem Pomponius.&.ſ.eo.l.iij.§.j.quæ ſunt contra.Sol. hîc non fecit ſeruus dolo,quia obediens, vel quia dominæ rẽ credens.& ita nec ipſa per eum,& ſic non fert opem ei:quod non eſt ibi:& ſic fecit dolum: vnde tenetur domina vel noxali, ſi ignorauerit:vel ſuo nomine,ſi iuſſit.

d *Facinoribus*. atrociorib9:vt hîc,&.ſ.de noxa.l.ij.§.j.&.ĵ.de actio. & obli..l.ſeruus.& de regu.iur.l. ad ea.& facit.ĵ. de furtis. l.ſi quis vxori.§.neque.&.l.ſi is.§.ſi tu.&.l.qui ſeruo.in princ.Accurſius.

e *Amotarum*. in qua ſufficit res amotas & dolo malo, & cauſa diuortij,& ſecutum diuortium:vt in ſumma.Accurſius.

f *Noxæ*. facit.ſ.de pign.act.l.ſi ſeruus.&.ſ.man.l.inter cauſas.§.ſed cum ſeruus.&.ſ.loca.l.cum in plures.§.ſeruum.

g *Rerum*. dic quòd mulier quæ amouit viro res dotales, tenetur rerũ amotarum,licèt poſtea actio dotis mulieri competitura ſit:& hoc vt vir habeat interuſuriũ medij tẽporis.ar.ĵ.eo.l.ob res. Annua enim bima trima die olim,hodie poſt annum huiuſmodi mobilia reſtituantur:vt.C.de rei uxo.act.§ exactio.Non ergo interim eſt locus compenſationi:vt ſupra de cõpenſa.l.quod in diem.& quia ſpecies ſunt amotæ:quæ,ſcilicet compenſatio aliàs locum haberet:vt.C.eod.l.j.ſed an mulier incidit in.l.ſi quis in tantam. vel in decretum diui Marci,dic vt.C.eo.l.ij.

A h *Ratio*. ſ.ſiue quis amiſſurus quid ſit, puta æſtimationẽ vel pœnã:quia rem amotam præſtare nequit: aut creditam à ſe pecuniã chirographo ſublato probare nõ valet: ſiue non lucratur puta ſerui operas,vel hereditatẽ in qua ſeruus per vxorem amotus fuerat inſtitutus. multa quoq; alia cauſarũ corpori cohærentiũ exẽpla in dãno lucroque in.l.Aquil. tit. & de fur. inueniuntur.R.& facit.ĵ.ne quid in loco publico.l. ij. §. merito.

In eam quæ cauſa mortis ſperatę amouet,vtilis hæc actio datur.hoc dicit ſecundum primam lecturam. Legitur alio modo: Qui amouit cauſa mortis ſperatæ,tenetur hac actione ſi poſtea diuortium eſt ſecutum.Bartol.

XXI. PAVLVS *libro trigeſimoſeptimo ad Edictum.*

SI mulier cum de viri vita deſperaſſet, ſubreptis quibuſdã rebus diuortiſſet:ſi conualuerit vir,vtilis [a] rerum amotarũ actio ei danda eſt.

Etiam ſi amouendo furtũ non fiat:mulier cuius dolo fit amotio tenetur rerum amotarum actione.Bartolus.

Si ſeruus mulieris iuſſu dominæ diuortij cauſa res amouerit: Pedius putat nec furtum eum facere, quoniã nihil lucri ſui cauſa contrectet:nec videri furtum facienti [b] opem ferre, cum mulier furtum non faciat: [c] quamuis ſeruus in facinorib9 [d] †domino dicto audiens eſſe non debeat. Sed rerum amotarũ [e] actio erit.

Ex facto ſerui dotalis mulier tenetur ſi fuerit ſciens:aliàs liberatur dimittendo pro noxa. Bar.

At ſi in dotẽ ſeruus datus furtum viro fecerit : ſi quidẽ mulier talẽ eſſe eum ſcierit, totũ damnum viro ſarcietur. quod ſi ignorauerit,tunc non vltra cõdemnationem noxæ [f] multanda erit.

Si res dotalis amoueatur, habet locum hæc actio propter interuſuriũ medij temporis.Bart.

Rerum [g] amotarum actio dãnum repræſentat etiam ſi poſtea dotis exactio competat. Cõmodi quoque, ſi quod amotis rebus amiſerit vir,ratio [h] habenda eſt.

Hæc actio eſt perſecutoria, ideo perpetua.Bartolus.

B Hæc actio licèt ex delicto naſcatur, tamen rei perſecutionem continet : & ideo non anno finitur, [i] ſicut & cõdictio furtiua. [k] præterea & heredibus cõpetit. [l]

In actione ex maleficio nõ eſt locus beneficio ne quis cõdemnetur niſi inquantum facere poteſt.Bartolus.

Nec viro nec mulieri prodeſt in hoc iudicio,ſi facere non poſſunt. [m] pẽdet enim id ex furto. [n]

Litis æſtimatio facit emptionem.ideo ſoluẽs habet exceptionem & retentionem.Bartol.

C XXII. IVLIANVS *libro nonodecimo Digeſtorum.*

SI [*] propter res amotas egero cũ muliere,& lis æſtimata ſit: an actio ei danda ſit, ſi amiſerit poſſeſſionẽ?mouet me, quia dolo [o] adquiſiit poſſeſſionẽ. Reſpõdi, Qui litis æſtimationẽ ſuffert, emptoris [p] loco habendus eſt. Ideo ſi mulier cum qua rerum amotarum actum eſt,æſtimationem litis præſtiterit : aduerſus vindicantem maritum vel heredem mariti exceptionem habet: & ſi amiſerit poſſeſſionem , in rẽ actio ei danda [q] eſt.

D

i *Finitur*. vt.ĵ. de ac.& obli.l.in honorariis.

k *Furtiua*. non finitur anno.H.

l *Competit*. vt.ſ.e.l.contra.§.ſi poſt.

m *Non poſſunt*, vt.ĵ.de re iudi.l.rerum.

n *Ex furto*. bona ratio, nam furtum nõ fit ſine dolo:vt inſtitu. de obli. quæ ex delicto.§.pe. ita nec hæc actio competit ſine dolo.Eſt & alia ratio,quia diuortiũ eſt ſecutũ: vt.ſ. de neg. geſt. l.diuortio.Sed ratio hîc poſita locum habet cõſtante etiã matrimo. vt ſ.titu.ij.l.etiã. §. licèt.& ĵ.de re iudi.l.ſed hoc.in fi.Hug. Item ſecus in actione ex ſtipulatu pro dote,quàm in hac actione.Accurſius.

* Vide. l. 55. l. is qui. & l. ſeq. l. ei9 rei & ſeq. ſ. de rei vindic.

SI *propter*.] CASVS. Mulier amouit viro res cõſtã. matrimonio. poſtea ſolutum eſt matrimonium. vnde eam cõuenit maritus rerum amo.& ipſa nolens reſtituere res amotas, cõdemnata fuit in earum æſtimationẽ:ſicq; res amotæ remãſerũt penes eam : & poſtea ipſa ab earum poſſeſſione cecidit . nunquid habet rei vindi.ad eas repetẽdas? & dicitur quòd ſic:& ſi non cadat à poſ.& ab ea petat heres mariti quondam,vel ipſe maritus quondam, exceptione remouetur. [SI MVLIER.] Mulier dũ morte viri deſperans,non autem diuortium cogitans,ſurripuit res mariti : & maritus mortuus eſt,ſicut ipſa credebat.certè nõ habet locum act.rerũ amo.quia non fuit amotum cauſa diuortij,ſed cauſa mortis,vt dictũ eſt:vt.ĵ.eo.re. amo. ſed habet locum pro heredibus mariti actio ad exhiben. & petitio. heredi. ſed in iſto alio caſu bene habet locũ act.re rum amo.Interim mulier cõſtante matrimonio ſurripuit res viro:& poſtea diuertit:vnde habet locũ act. rerum amo.poſtea ipſa reuerſa fuit ad maritũ : & ſic ceſſauit actio rerũ amotarum.interim poſtea conſtante ſecunda reuerſione ipſa

E ſurripuit eidẽ marito alias res,& ſolutũ eſt matrimoniũ inter eos. certè nõ ſolùm pro rebus amotis per eam poſt reuerſionẽ,ſed etiã pro amotis in prima cõſtantia matrimonij manet actio rerũ amo. Et quod dixi, in rebus amotis in vtroq; matrimonio. ſ. vt habeat locum repetitio impenſarũ factarum in vtroq; matrimonio:idem eſt in donationibus factis per maritum vxori cõſtante primo matrimonio & ſecundo:quia de vtriſque habet repetitionẽ maritus. cum enim non valuerit,repeti poſſunt per donãtem : vt dixi.ſ.ſol. matr.diuortio.§.ob donationes.hoc dicit cum.l.ſeq. Viuianus.

o *Quia dolo*. & ideo non videbatur actio danda.ſed contra eſt vt ſubiicit.Accurſius.

p *Emptoris loco*. vt &.ĵ.pro emptore.l.ij.in fi.&.l.iij.&.ſ.de Publi. in rem ac.l.ſed & ſi res.ij.reſponſo.&.ſ.commo.l.ſi vt certo.§.j.

q *Danda eſt*. ſi res erat præſens tempore æſtimationis : aliàs actio ei cedenda eſt:vt.ſ.de rei vindi.l.eius.&.l.ſeq.& de dona.inter virũ

UNED

& vxo.l.ſi donatæ.ſecus ſi dolo deſiit poſſidere: vt.ſ. de rei vind.l. is qui.in fi.&.j.de re iudi.l.in depoſiti. Itē de euictione ei nō caue-tur:vt.ſ.eo.l.ideoq;.ſed quidam cōtra:& ibi ideo, quia paſſa eſt iu-rari in litē contra ſe:hîc non. ſed pro prima. ſ. de rei vindi.l. & ex diuerſo.§. petitor. & de cond.fur. l.ſi ſeruus.§.cauere.Accurſius.

a *Heres.* ſ. viri : vt &. ſ. eo. l. contra. §. ſed & ſi morte. & vtili actione rerū amo. vt.ſ.eo.ſi mu-lier.in prin.Accur.

b *Edintegrato.* aliâs R ſed redintegrato. aliâs,redintegrato. Acc.

c *Prioris.* fuerunt ergo duo diuortia.Accurſius.

d *Exiſtimaui.* ſ.ego Afri-can⁹.ceſſat ergo interim actio pro prædictis,non autem extinguitur: vt.j. eo. l. fina. ſic & in præ-ſcriptione cōtra pupil-lū:vt.C.de præſcri. xxx. anno. l. ſicut. & dos re-dintegratur: vt ſupra de iure dotiū.l.ſi is. in fi.& facit ſupra tit.ij.l. penul. §.vxor.Accurſius.

Quod dic verū, ſi mu-lieri dos fuiſ ſet ſoluta: a-lioquin nec heredibus nec quibuſ-cunque le-gatariis, etiā ſi res eſſent fabricæ ho-ſpitalis reli-ctæ,cōpete-rent.Bald.in l.j. in fi. ver. modo quæ-ritur.C.ſi ad uer. vē. pig.

O *B res.* ] CASVS. Mulier ſurripuit mihi conſtan.matrimo. res meas, vel etiam illas quas mihi in dotem de-dit : & nō eſt ſolutū ad-huc matrimonium poſt amotionē,ſicquenō ha-bet locū act. rerū amo-tarū:vt.j.l. proxi.vindi-catio tamen & condic. furtiua locū habebit: & altera earū debet eligi.

† id eſt a-ctio rerum amotarum. l.26.j.eo.

e *Vindicatio.*ſiue eſtima-tæ ſint,ſiue nō : ſi pactū interuenerit de lucran-do:vel etiā ſi non ,ppter interuſuriū:vt ſ. eod.l.ſi mulier.§.rerum.

f *Condictio.*ſ.furtiua, & ſic nō ob.ſ. vſufru.quē-admo.caue.l.ſi.& etiam certi condictio : vt.ſ. ſi certū peta.l.certi condi-ctio. §. ſed etiā ex cauſa. &. ſ. eod.l. ſi cōcubina. §.penult. vel dic ratione poſſeſſionis : vt ſ.de cō-dic.indebi.l. indebiti. §. j.Accurſius.

Si mulier amouit cauſa mor-tis, quæ ſecuta eſt:tenetur actio-ne petitionis hereditatis, & ad exhibendum.Bartolus.

Si mulier mortis cauſa res amo uerit, deinde mortuus eſt mari-tus : hereditatis petitione, vel a-ctione ad exhibendū cōſequi po terit heres a † id quod amotū eſt.

XXIII. AFRICANVS *libro octauo Quæſtionum.*

REdintegrato b matrimonio, ſi iterū diuortium factū erit: ob res amotas prioris c diuortij cauſa,item ob impēſas donatio-nesq; priore matrimonio factas, manere actionem exiſtimaui. d

Ob res amotas mulier tenetur pluribus actionibus, licèt altera debet elegi,Bartolus.

XXIIII. VLPIANVS *libro quinto Regularum.*

OB res amotas, vel proprias viri,vel etiā dotales, tā vin-dicatio e quam cōdictio f † viro aduerſ⁹ mulierē cōpetit: & in po teſtate eſt qua velit actiōe vti. g

Pro rebus amotis ſecuto diuor tio competit hæc actio : ſi diuor-tium non eſt ſecutum, competit condictio.Bartolus.

XXV. MARCIANVS *libro tertio Regularum.*

1 REum quidē amotarū iudi-ciū ſic habet locū,ſi diuor-tij cōſilio res amotæ fuerint,& ſe cutum diuortium h fuerit. Sed ſi in matrimonio vxor marito res ſubtraxerit : licèt ceſſet i rerum amotarum actio, tamen ipſas res maritus condicere poteſt. k Nā iure gentiū l condici puto poſſe

g *Actione vti.* cum vna per aliam tollitur : vt.ſ.eod.l.ſed & domino.Accurſius.

R *Erum amotarum.* ] CASVS. Tunc demum habet locum act. rerum amo.ſi mulier amouit cauſa diuortij, vel etiam vir, & poſtea diuortium ſecutum eſt.ſi autē non eſt ſecutum diuortium, vel ſi ſecutum eſt, non tamen ipſa ſurripuit cauſa diuortij, ſicque non habet locum act.rerum amo.tamen maritus non debet pro-pter hoc res ſuas amittere.ideo furti condictione condicet.

h *Diuortium.* ſunt ergo neceſſaria vt competat hæc actio, ſcili-cet amotio,& dolus : vt.ſ.eo.l.ſi mulier. in fi. & cauſa diuortij, & quòd ſecutum ſit : vt hîc.& no. ſecundum Azo. quòd de iure ca-nonico non habet locum hic tit.ſi enim tenuit matrimonium:er-go nunquam potuit ſeparari poſtea niſi ex cauſa fornicationis: & tunc etiam non ſoluitur matrimonium : ſed poteſt negari debitū vxori.ſi verò non tenuit matrimonium,non datur hæc actio: vt.ſ. eo. l. ſi concubina. nec dicitur diuortium quando ſeparatur iure cognationis vel affinitatis : imò declaratur non tenuiſſe matrimo-nium.ſed in caſu quando ipſa cauſa ſperatæ mortis amouit, forte etiam hodie locum habet:vt ſupra eo.l.ſi mulier.

Rerum amo tarum actio vt cōpetat, plura requi-runtur.

i *Licet ceſſet.* niſi poſt diuortium celet:vt ſ.eo.l.ſi concubina.§.j.& eſt contra.C.de fur.l.ſi.§.ſi.Sol.vt ibi.Accurſius.

k *Condicere poteſt.*condictione furtiua nam furtum committit, li-cèt furti agi non poſſit : vt ſ. eodem l.j. Vel dic condictione certi,

vel ſine cauſa : vt ſupra. eod. l.proxi. dixim.&.l. ſi concubina. §. ij. A & hoc in honorem matrimonij : vt ſupra eod.l.ſecund.& C.eod. l.ij.Accurſius.

UNED

SI MVLIER VENTRIS NOMINE IN *poſſeſſione calumniæ cauſa eſſe dicetur.*

*Hoc edictum ſuperiori cohærere ex eo apparet ſatis quod ex eadē cauſa proficiſcitur qua ſuperius, ne dum in fauorē partus facillime prætor mittit in poſſeſſionem, vel aliis, vt ſuperiori edicto vel vt hoc edicto, etiā ipſi mulieri prædæ occaſionem præbeat vt ſi prudens ſciēſque ipſa ſe non eſſe prægnatē vel eſſe ex alio, dolo malo in poſſeſſionē veniat. qua ex cauſa hoc edicto tenetur in id quod intereſt agentis, ſed intra annum tantum, cū tamen ſuperior quæ etiā in id quod intereſt cōcluditur porrigatur vltra annum, videlicet quia hæc pro pœnali habetur. at cur nō & illa? vtraque enim factū coercet, hæc calumniam, illa dolū. Sed cōſiderandū eſt ſemper quæ mens pretori fuerit dāti actionē in. id quod intereſt. nam ſi actoris gratia principaliter dedit, nō habetur pro pœnali. Si odio rei, vt factum eius puniret, pro pœnali habetur. & hanc odio rei datam vel ex eo apparet quod dānato hoc edicto irrogatur. infamia. l. notatur l. nō alia. De his qui not. infa. & quod conceptio atrocior eſt in calumniam q̃ in dolū. & hac ratione actio quoque in factū reſtitutoria quæ ei datur qui quid cū pupillo geſſit falſo tutore auctore quāuis in ꝗ intereſt duntaxat perſequatur non pœnam, pro pœnali habetur & finito anno. l. 7. & 9. Quod fal. tutor. eſt enim præcipue data in odiū falſi tutoris. eademque ratio edicti de eo per quē factum erit quominus quis in iudicio ſiſtat, & ad ſimilium, & aliquid etiā actionis vtilis ſubſidiariæ propoſitæ in tit. De mag. con. Poſt hæc verò nō dubito qn fuerit ſubiecta actio de morib⁹, quod hæc foret retentionū ex dote alia cauſa, propter mores. nam & eodē libro inuenio Paulū tractaſſe de rebus donatis, de amotis, de impenſis, de liberis, & de moribus, nempe ſeptimo ad Sabinū. reſtat enim adhuc de moribus locus vnus in l. quinta. De pact. dot. licet ſublata iam cum retentione, tum actione de moribus. Cuia.*

* in poſſeſſionē. in Indice Titulorum.

SI MVLIER VENTRIS nomine in poſſeſſione * calumniæ cauſa eſſe dicetur.

TITVLVS VI.

Iuramentum mulieris excuſat eam à calumnia : & partui non prodeſt nec nocet. Bartolus.

I. VLPIANVS *libro trigeſimoquarto ad Edictum.*

SI de poſſeſſione vētris nomine quæratur, & deferente herede mulier iurauerit prægnatē ſe eſſe, ſeruandū eſt iuſiurādum:[a] nec tenebitur mulier quaſi calūniæ cauſa fuerit in poſſeſſionē miſſa: nec vis ei faciēda eſt poſt iuſiurandū. Si tamē peperit, quæretur veritas, an ex eo prægnas fuerit. alteri enim nec prodeſt nec nocet iuſiurandū inter alios factum: nec partui igitur nocebit. Et hoc edictū ex eadem cauſa[b] proficiſcitur, qua ſuperius. C Debet enim prætor, quēadmodū facilis eſt circa bonorum poſſeſſionē dandā mulieri vētris nomine: ita calumniā eius impunitā nō relinquere. Per calumniā autē in poſſeſſione uiſſe videtur, quę ſciēs prudēſq; ſe pręgnatē nō eſſe,[c] voluit ī poſſeſſionē venire.

Hanc autē[d] actionē prætor intra annū[e] vtilē pollicetur: vltra nō, videlicet quaſi pœnalem. Simili autem modo[f] & hîc, quāti agentis interfuit, prætor actionē pollicetur. In parentē[g] etiā prætor actionem pollicetur: ſi modò per eū factū ſit vt in poſſeſſionem per calumniā veniret. Competit autē hæc actio ei cuius interfuit in poſſeſſionē miſſam non eſſe: vt puta vel coheredi ſperāti partū, vel ei qui ſubſtitutus[h] fuit, vel B qui ab inteſtato, ſi partus nō fuiſſet, ſuccedere potuit. Intereſſe autem videtur primùm de alimētis quæ in ventrē ſunt erogata. Nec enim aliàs hæc repetūtur, niſi per calumniā in poſſeſſionem venit. Cæterū ſi res calūnia caret, nihil præſtabit mulier quà* ſine cauſa[i] alta eſt ſub prætextu ventris.

In hoc intereſſe non poteſt venire ęſtimatio totius hereditatis, ſi propter vētrē alius ſucceſſurus eſt ab hereditate excluſus. Bart.

C Nōnunquā augebitur quod intereſt, ſi quis fortè dubitās† an prægnas ſit, excluſus ſit[k] hereditate. Nā heredi eius qui excluſus eſt, dandā[l] hāc actionē Iulianus ait. ſiquidē eiusquoque interfuit, nō fuiſſe calūniæ cauſa in poſſeſſione mulierem: quia hoc ſi non fuiſſet, adeūdo[m] hereditatē inſtitut⁹, heredi ſuo locupletiorē hereditatē ſuam relinqueret. Sed & hoc imputatur mulieri, quòd deminuta ſunt multa in hereditate, D

* quaſi

† Debuit enim dubitare, cum ipſa mulier, licet per calumniam, diceret ſe prægnantem. l. cum quidā. §. j. ſ̃. de adquir. her.

SI de poſſeſſione.] CASVS. Moruo viro Titia vxor ſua dicit ſe ex eo prægnantē : & ideo petit ſe mitti in poſſeſſionem bonorū eius cauſa ventris. heres dicit, tu non es prægnas, & ideo non debes mitti in poſſeſſionē bonorū: ſed tamē defero tibi ſacramentū ſi vis iurare te prægnatē. ipſa iurauit ſe prægnatē ex dicto ſuo viro quondā. certè ſi verè nō eſt prægnas, vel eſt, ſed nō ex viro, ſicque calumniæ cauſa petiit ſe mitti in poſſeſſionē pariter & iurauit : tamē ſeruandū eſt iuramentum, & ſtabit in poſſeſſione donec erit tēpus quo deberet parere ſi pręgnas eſſet: & ſi quidē peperit, nihilo minus heres poterit probare natū non eſſe genitum E ex viro mortuo. Si autē nō detulit mulieri ſacramentum heres: ſed quia videbatur prætori eā eſſe prægnatē, miſſa fuit in poſſeſſionē, ipſa nāque ſciebat ſe nō eſſe prægnatē: tenetur illis quorū intereſt, puta coheredi ſperāti partū, vel ſubſtituto ipſi vētri. vel illi qui haberet hereditatē ab inteſtato ſi vēter non naſceretur, actione in factū ex hoc edicto ad intereſſe eorū : & intra annum vtilē tantùm. Sed quomodo poteſt eorū intereſſe? Reſpon. propter alimenta expenſa in ventrem nō plenū ſine cauſa. Itē & propter hereditatem quam amiſit heres heredis: quia cum heres non poſſet eā adire dubitans vtrū illa eſſet prægnas vel non, deceſſit: & eā non aditā non trāſmiſit ad heredē. petet ergo heres heredi æſtimationē hereditatis à muliere. Itē poteſt eorū ītereſſe ꝑpter illa quæ deminuta ſunt in hereditate muliere in poſſeſ. ſtāte. Et quod dixi in herede heredis vt poſſit à muliere petere pretiū hereditatis amiſſæ propter calum. mulieris: idē eſt in herede ſubſtituti. ſed pretiū legatorū ab herede quibuſdā relictorū per teſtatorē non præſtabit mulier : quia A ipſa tenetur illud dare legatariis. ſed preciū ſeruorū quibus dedit teſtator libertatē fideicōmiſſariā, bene præſtabit mulier dicto heredi ſubſtituti: ideoq; ipſe tenetur dare dictis ſeruis libertatem. pro illis autē ſeruis quibus fuit data dicta libertas, nō dabit pretium mulier. & licèt ipſi ſerui nō poſſint habere libertatem de iure ſtricto, quia hereditas non fuit adita per heredem : tamen prætor debet eis tueri libertatem. Sed quid ſi mulier fuit miſſa in poſſeſ. heredi. cauſa ventris per ſuam calumniam, & per calumniam patris in cuius erat poteſtate? ſuo nomine tenetur etiam pater. hoc dicit vſque ad fin. titu. Viuianus.

a *Iuſiurandum.* nec ergo etiam ſi iurauit ipſa vel alius ſe deferente prægnatem non eſſe: vt ſupra de iureiuran. l. iij. §. penult. & facit ſupra de ali. iudi. mu. cauſ. fa. l. j. in princ. & C. de anna. excep. l. vt perfectius & infra de reg. iur. l. nō debet. Sed contra ſupra titu. ij. l. j. §. ſi cui. Solu. vt ibi. Item contra infra de Car. edic. l. j. §. fina. Solu. vt ibi.

b *Ex eandem cauſa.* vt mulieris calumnia puniatur.

c *Prægnatem non eſſe.* vel ex alio : vt ſupra de iis qui not. infa. l. cum non prægnas.

d *Hanc autem actionem.* ſcilicet in factum, cum nō ſpecificatur : vt not. ſ̃. titu. j. l. j. in princip.

e *Intra annum.* cur ergo non vt ſuperior vltra annum datur : vt ſupra titu. j. l. j. §. finali. quæ eſt contra. cum ex eadem cauſa proficiſcantur: vt ſupra. §. & hoc edictum ? Reſponſ. fortè & illa vt hæc non datur vltra annum vtilem: & quòd ibi dicit dari vltra annum ſubaudi, continuum. nam vtilis vltra annum extendi poteſt. vel hîc eſt pœna ex parte mulieris. argu. ſupra ne quis eum qui in ius. l. j. §. fina. & argu. contra ſupra de eo per quem fac. eſt. l. j. §. fina. ſecum Azo. & Hug. ſed certè illa[b] eſt magis pœnalis. nam hîc adeſt mulieri, quia percepit fructus, ibi non. vnde magis debet dici econtra.

b Dic aliter & melius vt ibi ſcripſi ſecundū Bartol. in. l. contraria. §. fin.

f *Simili autem modo.* vt & illa ſupra titu.. j. l. fina. in fine.

g *In parentem.* infra eod. l. fina. in fine.

h *Subſtitutus.* ſi partus non naſcatur.

i *Sine cauſa.* ſatius eſt enim ali non alendum, quàm fame necari alendum: vt infra de vent. in poſſeſſ. mitten. l. j. §. ſed ſi incertum. & l. iij. §. j. & C. de Carbo. edict. l. fi. & infra pro ſuo. l. hominē. Sed argumen. contra ſupra de condic. inde. l. penult.

Alias eſt l. 2. ſi ſubſtitut⁹.

Ali non alēdum ſatius eſt quàm alendum necari.

k *Excluſus ſit.* quia deceſſit non adita hereditate, quam adire non potuit: vt infra de bonorum poſſeſſ. ſecundum tabu. l. ij. in princi. & de acquir. heredi. cum quidam. §. quod dicitur. & ad Sila. l. iij. §. fi. & l. qui poſthumos. ſed certè non videtur per hoc excludi: vt infra de Carb. edic. l. ſcriptus. Solu. ſui heredes vel emancipati liberi non excluduntur, nec eorum heredes, ſi non adierint : ideo quia vxor defuncti erat prægnas, ſed aliud eſt in extraneis, vt infra de acquiren. heredi. l. ventre. Azo hîc ergo in extraneis inſtitutis dicit: ibi in liberis.

l *Dandam.* actionem ad pretium hereditatis: vt infra. l. pròxi.

m *Adeundo.* nam non aditam nemo tranſmittit : vt. C. de iure deliber. l. quoniam. niſi ad ſuos: vt. C. de iis qui ante apert. tabu. l. j. Accurſius.

a Contem-

a *Contemplatione* ſcilicet ſubſtitutus.
b *Si ſubſtitutus*. aliàs.§.idem Iulianus.aliàs lex,ſi ſubſtitutus.Accur.
c *Heres*. qui hereditatem conſequi non poteſt:quam ſubſtitutus non tranſmiſit ſi ante deceſſerit quam adeat : vt.j. de ſuis & legit. here.l.ſi ex pluribus.&.ſ.l.proxi.§.ſub prætextu.
d *Eius*. ſ.ſubſtituti.

dum hic contemplatione [a] ventris non attigit hereditatem.

Contra mulierẽ ſuccurritur heredi ſubſtituto defuncti: & cõſeruantur legata & libertates.Bart.

Idem Iulianus libro nono Digeſtorum ſic ait: * ſi ſubſtitutus [b] (vẽtri)manẽte muliere in poſſeſſione deceſſerit,heres [c] eius [d] eadem actione pretiũ hereditatis à muliere exiget.Sed an decedãt [e] legata, cæteraq; onera hereditatis,vidẽdũ. Et mihi videtur poſſe dici legatarios potius [f] cũ muliere vſuros hac actiõe:quia & ipſorum interfuit adiri hereditatem.

Libertati [g] planè ſubueniendũ erit aduerſus eũ qui propter hereditatẽ hac actiõe [h] egit: ſcilicet vt fideicõmiſſarias cogatur is prę ſtare,qui pretiũ vtique etiam eorum [i] cõſequitur. Sed & directis credo prætorẽ ſuccurrere oportere,vt interuẽtu ſuo tueatur eorum libertatem. Si dolus filiæfamilias interuenerit , & particeps doli fuerit pater, ſuo nomine tenebitur. [k]

## DE CONCVBINIS.* TITVLVS VII.

Liberta cõcubina patroni ſui nõ poteſt patronũ relinquere, & alij nubere:licèt poſſit alteri ſe in cõcubinã dare.itẽ illa ſola poteſt eſſe cõcubina,cũ qua ſtuprũ non committitur: & cõcubina patris nõ poteſt eſſe concubina filij vel nepotis:& concubina non debet eſſe minor duodecim annis. hoc dicit.tota lex.

e *Sed an decedant*.id eſt extinguantur.
f *Potius*. ſ.q̃ contrariũ.
g *Libertati*. ſic inſtit.de eo cui liber. cauſa bona addicuntur.§.j.
h *Hac actione*. qua etiã pretiũ ſeruorum venit.
i *Etiã eorum*. nõ ſolùm aliarũ rerũ.ſed cum habeat pretiũ : qui pretiũ dedit,videtur emiſſe:vt ſ.de rei vindi.l. eius rei. quid ergo ſi non vult vendere? & facit. C. de fideicommiſſ.lib.l.j.
k *Tenebitur*.& infamabitur:vt.ſ.de iis q notã. infa.l.nõ alia.&.l.ſequẽ. Itẽ tenebitur dico inſolidũ.ſi autem nõ fuiſſet doli particeps, inquãtũ ad eũ peruenit: vt.ſ.tit. j.l.j.§.fina.&. ſ.ea.l.§. & hoc edictũ.ſecũdũ Azo. & Hu.&.§.in parentẽ.

* Aliàs eſt.l. 2.ſi ſubſtitutus.

DE CONCVBINIS.

*Poſt matrimonia & filios legitimos ex his natos ponit de concubinis,ex quibus naſcuntur.* Baſtardi.

*Matrimonio ſubiicit rectè cõcubinatũ.nã & concubinatus matrimoniũ imitatur:& eſt vtraq; legitima cõiunctio. & eleganter Iulianus anteceſſor Cõſtantinopolitanus, cõcubinã imitari legitimã vxorẽ, qua ratione in antiquis inſcriptionibus Viceconiux appellatur & qui ex ea ſuſcipiũtur liberi,nõ ſunt ſpurij,vt qui ex ſtupro naſcũtur,ſed naturales. Spurij patrẽ nõ habent. Pater enim eſt ex cõcubinatu vel ex cõtubernio vel ex matrimonio , vel ex adoptione, ex duobus prioribus naturalis , ex poſterioribus iuſtus,ex ſtupro nullus,ac præterea cõcubina ab vxore niſi in dignitate nihil intereſt.l.itẽ legato.§.pen.De le.3.Plenior enim honor vxoris quàm cõcubinæ, vtrumque tamen honoris nomen,non vt ſcortum vel amica,voluptatis,dedecoris,probri.Cõcubinæ enim vel concubinatus nomen vitæ ſocietatẽ quandã demonſtrat abſque ritu tamen vllo ſuſceptam non coitionem furtiuam.* Cuia.

* Concubinatum.apud Perſas magnum fuiſſe honorẽ ſcribit Alexan. ab Alexand. lib.5.cap.21.

Q*væ in concubinatu.*] CASVS. Habeo libertã meam in cõcubinã.ſi receſſit à me : nunquid poteſt alij nubere,vt in cõcubinatu alteri⁹ eſſet? & dixit quidã quòd ſic,& malè.nã matrimonio non poteſt ſe alij copulare:in cõcubinatu autẽ ſic.Secũdò dicit quòd illæ ſolæ debẽt eſſe cõcubinæ,cũ quibus nõ cõmittitur ſtuprũ.ſtuprũ autẽ cõmittitur in vidua & virgine.quid de illo qui dãnatã de adulterio habet cõcũbinã?certè nõ punitur. ſecus ſi eam ducat vxorẽ. Tertiò dicit:Titia fuit mea concubina:nunc vult eſſe cõcubina filij mei vel nepotis.certè non poteſt.& idem eſt econtra.Quartò dicit quòd concubina non poteſt eſſe minor.xij.an.Viuianus.
l *Quæ in concubinatu eſt*.ſcilicet patroni.
m *Ab inuito*. quis patronus & quis inuitus hic dicetur , habes ſupra de ritu nup.l.in eo.
n *Dare*. quod falſum eſt:vt ſubiicit.Azo.
o *In concubina*. ſcilicet patroni.
p *Connubium*. i.matrimoniũ.ergo multo magis cõcubinatus:qpe &c.& dic qñ nõ habet aliã cõcubinã:vt.j.de iis quib.vt indig.l.cũ tabulis.§.j.Alij vt R.dicũt admitti cõnubiũ,ac ſi diceret non cõcu-
A binatus.quod eſt mirũ,cum alterius potius erit cõcubina q̃ patroni.profectò ergo erit licẽtius quod eſt indignius, & non quod eſt honeſtius.Ro.Apparet ergo ꝙ cõcubina nõ deſerit eum pro alio viro vel nõ viro,vt hîc.Itẽ nec liberta vxor:vt.ſ.de diuor. l.fi.Item nec illa quæ nõ vt cõcubina ei cõiungitur:nõ tamen abet patronus aliquam concubinam: vt infra de his qui bus vt indig. l. cum tabulis. §.j. ſed ſponſa ſic: vt ſupra de rit.nup. l.in eo iure.§.penul.



I. VLPIANVS *libro ſecundo ad legem Iuliam & Papiam.*

Qvæ in concubinatu eſt, [l] ab inuito [m] patrono poterit diſcedere , & alteri ſe aut in matrimoniũ , aut in cõcubinatũ dare. [n] Ego quidẽ probo in cõcubina [o] adimẽdũ ei
B cõnubiũ, [p] ſi patronũ inuitũ deſerat:quippe cũ honeſtius [q] ſit patrono libertam cõcubinã quàm matrẽfamilias [r] † habere. Cum Atilicino ſentio,&puto ſolas eas in concubinatu haberi poſſe ſine metu criminis, in quas ſtuprũ nõ cõmittitur. [s] Qui autẽ damnata adulterij in cõcubinatu habuit, non puto lege Iulia de adulteriis teneri:quãuis ſi vxorẽ [t] eã duxiſſet, teneretur. Siqua in patroni fuit cõcubinatu , deinde filij eſſe cœpit,vel in nepotis, vel contrà:
C nõ puto eã recte facere:quia prope nefaria eſt huiuſmodi cõiunctio : & ideo huiuſmodi facinus prohibẽdum [u] eſt. Cuiuſcunque ætatis concubinam haberi poſſe palam eſt:niſi minor annis duodecim [x] ſit.

II. PAVLVS *libro duodecimo ad legem Iuliam & Papiam,*

SI patronus libertam concubinam habens furere cœperit, in concubinatu eam eſſe [y] humanius dicitur. [z]

D Cum ingenua honeſte nata in dubio præſumitur matrimoniũ, niſi cõtrariũ ꝓbetur:ſecus ſi fuerit liberta, vel viliter nata.Bart.

III. MARCIANVS *libro duodecimo Inſtitutionum.*

q *Honeſtius*. & licentius etiam : quia in ea non committit patronus ſtuprum , etiam ſi ipſam non habeat vt concubina : vt.d.l. cum tabulis.§.j.
r *Quàm matremfamilias*. hanc non licet habere in concubinam : niſi in quatuor caſibus , ſcilicet quando obſcuro loco eſt nata. Item quando corpore fecit quæſtum : quando interuenit proteſtatio. Item quando de adulterio eſt damnata : vt infra eod. l. in concubinatu. & infra proxim. §. qui autem.
s *Stuprum non committitur*. vt in virgine vel vidua:vt infra de adulte. l.inter. §. lex Iulian. & l. ſtuprum. & infra de verborum ſignificatione.l.inter. idem ſi inceſtus:vt infra eo.§.ſi qua. Imò videtur quòd ea demũ poſſit eſſe cõcubina quæ poſſit eſſe vxor vt in auth . vt lice. ma. & auia.§.ad hoc. collat. viij. niſi in ancilla,quæ poteſt eſſe concubina, non vxor : vt.C. communia de ma.l. fina. & in ſubiecta præſidi : vt infra eod. titu.l. fin. An virgo poſſit aſſumi in concubinam ? videtur quòd non.Sed dic contra , ſi obſcuro loco eſt nata : vel cum proteſtatione ſicut quælibet vidua:vt infra eod.l.iij.Accurſius.

† Dnar.ait ne veter.quidem canonib . concubinatũ improbari, ſed duntaxat recent.c. Chriſtianorum. 34.diſtin.cui non facilè aſſentior.nã nec Ariſt.cõcubinatum probat lib. 7.pol.c.16.

t *Si vxorem*. ergo habet plus caſtitate luxuria. & ſic eſt argu. contra in authen.de reſtitu.& ea quæ pa.§.fin.colla.iiij. & facit. C. de adult.l.crimen.&.l.caſtitati.
u *Prohibendum eſt*. apparet ergo hîc per fornicationem contrahi affinitatem : vt not.inſtitutio.de nupt. §.affinitatis.&.C.de nupt. l. liberi.

Affinitas per fornicationem cõtrahitur.

x *Duodecim*. ſic in matrimonio:vt inſtit.de nup.in princ.Accur.
E S*I patronus*.] CASVS. Habeo libertam meam in concubinam: poſtea furere incepi.certè durat concubinatus.
y *Eſſe*. id eſt remanere.v.ſ.de iud.l.iudex.
z *Dicitur*. ſic & vxor:vt ſupra de his qui ſunt ſui vel alien. iur. l.à patre. & facit ſupra de ritu nupt.l.in eo.§.deinde.

I*N concubinatu.*] CASVS. Concubinam habere poſſum non ſolum ingenuam, ſed etiam libertam : & maximè illam quæ nata eſt obſcuro loco, & corpore fecit quæſtum. ſi autem volo habere concubinam liberam mulierem honeſtæ vitæ : aut debeo ipſam accipere in vxorem , aut à principio proteſtari quòd volo eam pro concubina tenere : aut puniar de ſtupro. & ſi proteſtor vt dictum eſt, non dicor committere ſtuprum vel adulterium propter licitum concubinatum etiam per leges. In ſequenti lege dicit quòd concubinatus fit ſolo animi affectu. In alia dicit quòd poteſtas Bononiæ bene poteſt ibi habere concubinam. hoc vſque in finem.

a Aliena. de ſua conſtat:vt ſupra l.j.in princ.
b Ingenua.quod accipe in caſibus : vt ſupra.l.j.not. & quod dicit, maximè : quod & aliàs poteſt eſſe in aliis certis caſibus. & adde ꝙ & ancilla : vt.C.communia de manu.l.fi.& ſupra de priui. credi.l. penul.& de pig.l.denique.

IN cõcubinatu poteſt eſſe & aliena[a] liberta, & ingenua[b], & maximè ea quæ obſcuro[c] loco nata eſt, vel quæſtũ[d] corpore fecit:alioquin ſi honeſtæ vitæ,& ingenuã mulierẽ in concubinatum habere maluerit,ſine teſtatione[e] hoc manifeſtũ faciẽte nõ cõceditur : ſed neceſſe eſt ei vel vxorẽ eã habere[f] :vel hoc recuſantem,ſtuprum cũ ea cõmittere:nec adulteriũ per cõcubinatũ ab ipſo[g] committitur. Nã quia concubinatus per leges nomẽ aſſumpſit[h],extra legis[i] pœnã[k] eſt,† vt & Marcell⁹ libro ſeptimo digeſtorũ ſcripſit.

IIII. PAVLVS *libro nonodecimo Reſponſorum.*

COncubinam ex ſola[l] animi deſtinatiõe ęſtimari oportet.

V. IDEM *libro ſecundo Sententiarum.*

COncubinã ex ea † prouincia in qua quis aliquid adminiſtrat,habere poteſt[m].

c *obſcuro.*id eſt vili genere & abiecto:vt ex arenario vel ſimili, vt in authen. quibus modis nat.effi.legi. §.quiſquis. coll.vj.& C.de ince.nupt.l.humilem.
d *Vel quæſtum.*cum qua non cõmittitur ſtuprũ: vt.C.de adulte.l.quę adulterium.
e *Teſtatione.* ſcilicet ꝙ ſit concubina. & debet ſecundum Hug.fieri in initio:non poſt.
f *Eam habere.*quod prę ſumitur ſecundũ leges: vt.ſ.de ritu nupt.l.in liberæ. & de dona.l. donationes.ſecus tamẽ ſeruatur ſecundum canones:vt.xxx.q.v.c.j.in fi.
g *Ab ipſo.* ſcilicet liberto. nec etiã ab alio qui legitimè habeat cõcub.
h *Nomen aſſumpſit.*id eſt effectum vt ſit legitima coniunctio:ſic.C.de feriis.l.à nullo.Si autẽ dicas ideo nõ puniri,quia hoc nomen datum eſt à lege,eadẽ ratione nec ſtellionatus : cùm & illud ſit nomen legis, & plagia: quæ tamẽ per leges puniũtur:vt.ff.decrimi.ſtel.per totum.&ad leg.Fla.de pla.per totũ.
i *Legis.*fori,non poli.nã ſecũdũ canonicas & diuinas ſcripturas eſt fornicatio.
k *Pœnam.* adulterij,vel ſtupri.
l COncubinam ex ſola.q.d.etiam ſine concubitu,vt & matrimonium[a] nõ autẽ ſola adductione ĩ domum: quia cohabitare debet: vt in auth.quib.mo.natu.effi.ſui.§.ſi quis autẽ.coll.vij.animus ergo facit cõcubinam vel vxorem præſumptam.ſed Pla.nõ exigit cohabitationem per hanc legem.

COncubinam.*Poteſt.* non vxorem : vt ſupra de ritu nupt.l. ſi quis officium.Accurſius.

† Ariſtoteles tamen libro ſeptimo Politic cap.16. concubitum omnẽ alterius quàm cõiugis cenſet penitus interdicendũ: eũmque qui contra fecerit, grauiter puniendum, idque & apud Chriſtianos obtinere extra cõtrouerſiã eſt.

† Tit.de cõcubinis. cõcord. l.38. ſ. de ritu nupt. a] Nuptias enim ſol⁹ cõſenſus, non cõcubitus facit.text. in l. cui fuerit. j. de condit.& demon. & matrimoniũ primus inuenit Cecrops rex Atheniẽſis teſte Iuſtino li.1.verſi. nunc.

De tutorib⁹ & eorũ officii.vide Plat. lib.11.leg.

# Explicitus eſt

ex ordine liber. xxv.ſingulariũ ſext⁹.Incip.ex ordine lib.xxvj. ſingularium liber ſeptimus.

## DE TVTELIS.

### TITVLVS I.

Primò ponit definitionem tutelæ. Secũdò ponit definitionem tutoris. Tertiò ponit alluſionem ſeu deriuationem huius vocabuli,tutor.ſecunda ibi, Tutores.tertia ibi, Ex qua re. Bartolus.

I. PAVLVS *libro trigeſimo octauo ad Edictum.*

DE TVTELIS.

*Dictum eſt.ſ.de ventre inſpi. ſed quia ei qui eſt in ventre,tutor relinquitur: vt inſtitu.eo.§.cum autem.non dico ventri : quia tunc curator:vt infra de tut. & cura.da.ab his.l.ventri.ideo de tutelis generaliter dicit.Vel dic,ſicut neceſſe habent patres prouidere liberis in alimentis : vt.ſ.de libe.agn.ſic & in tutelis.ergo de his dicit.Accurſius.*

*A contractibus tranſit ad quaſi contractus.Nam tutelæ & curationis geſtatione quaſi contrahitur. Tutela eſt poteſtas ad defendendum pupillum temporis cauſa legibus permiſſa aut data. Verbis,data aut permiſſa,ſignificantur duo genera tutelæ, legitima & datiua Legitima eſt quæ lege datur. Datiua quam lex permittit dari à teſtatore vel à magiſtratu.i.teſtamẽtaria vel honoraria.& rectè pupillum,non impuberem nec enim omnis impubes,eſt pupillus, vt filiusfamilias impubes,cui nec miles quidem pater iure tutorem dat recaſuro ſcilicet in poteſtatem aui. Et tẽporis cauſa,vt eleganter Oroſius ait inter Babylonium & Romanum imperium quaſi inter patrem ac filium paruũ, Africanum & Macedonicum breuia & media quaſi tutorẽ curatorémque veniſſe,poteſtate temporis,non iure hereditatis admiſſa. Et ad defendẽdum pupillũ, qua re tutęla à curatione ſeparatur.nam, vt elegãter eſt ſcriptũ §.item tria Inſt. De exc.tut.tutela pupillorum eſt,cura bonorum,vel negotiorum, tutor eius qui ſponte ſe tueri nequit,curator eius qui idonee negotia ſua tueri nõ poteſt,vt vel propter hoc diſcrimen pupillus non ſe obliget ſine tutore,cum tamen etiam ſine* A *curatore obligetur is qui ſuæ tutelæ factus eſt.Eſt & in definitione iſta pupillũ non pupillam,vt in definitione Seruij eum non eam,quia fœminæ erant in perpetua tutela.ideoque prætor l.5. Quib.ex cau.in poſſ.eat.nõ dicit,ſi is pupillus eáve pupilla in ſuam tutelam venerit,ſed, ſi is pupillus in ſuam tutelam venerit eáve pupilla viripotens fuerit:& in l. 51. De leg. 3. dubitatur an hæc verba, Cum in ſuam tutelam venerit,quemadmodum in filiofam.accipiũtur de pubertate, qua ſcilicet in ſuam tutelam veniret ſi eſſet in tutela aliena,ita etiam ſint accipiẽda in filiaf.Cum viripotens fuerit. Id autem hoc titulo potiſſimum generaliter explicatur qui & quibus tutores conſtituantur vel non, & quemadmodum.Cuia.*

TVtela eſt (vt Seruius definit) vis† ac poteſtas[n] in capite[o] libero ad tuendum[p] eum qui propter ætatem[q] ſuam ſpõte ſe defendere nequit, iure ciuili data[r] ac permiſſa. Tutores autem ſunt,qui eam vim ac poteſtatem habent,éxque re ipſa
B [ſ] nomen ceperũt. Itaque appellãtur tutores[t],quaſi tuitores atque defenſores:ſicut ędituí dicũtur,qui ædes tuentur[u].

Mutus & ſurdus tutores dari non poſſunt.Bartolus.

Mutus tutor dari non poteſt[x]: quoniam auctoritatẽ præbere nõ poteſt. Surdũ[y] non poſſe dari tutorem,plerique,& Pomponius libro ſexageſimonono ad Edictũ, probant:quia non tantùm loqui, ſed & audire tutor debet.

C II. POMPONIVS *libro tertio ad Sabinum.*

NOn eſt exigendum à pupillo vt ſibi tutorem petat, aut vt ad tutorẽ ſuũ proficiſcatur[z].

Quando concurrunt duæ cauſæ,vna naturalis, alia accidẽtalis: præualet naturalis.Bartolus.

III. VLPIANVS *libro trigeſimoſeptimo ad Sabinum.*

QVi habent tutorem pupillus vel pupilla, ſi furere cœperint,in ea cauſa ſunt, vt in tutela nihilo minus durent. Quæ ſen
D tentia Quinti quoque Mucij fuit & à Iuliano probatur.eoque iure vtimur,vt ceſſet cura,ſi tutelæ ætas indigeat.Quare ſi tutores ha-

† Græca metaphr.videtur legiſſe i⁹ quia Theophil.& Harmen.habẽt δίκαιον. perperã Accurſ. vis.i.violenta poteſtas, inquit.

m TVtela eſt. Vis ac poteſtas.i. violenta poteſtas:quia datur inuit⁹, & inuito : vt not.inſtit. eo.in prĩcip. & per hoc differt à curatore : quia curator non datur inuito niſi ad litem,vt ibidẽ licèt quãdoq; cogatur vt velit:vt infra eo.l.qui habet.§.ſi pupil.in fi.§.
n *In capite libero.*per hoc remouet ſeruũ,qui non poteſt habere tuto.vt.j. eo.l. ſi adrogati. §.j.niſi in duobus caſibus: vt.j. de tut.&cura.da.ab his l.ei qui.&.l.ſi impuberi quod dic vt inſti. eo. in princ.not.
o *Ad tuendum.* per hoc remouet patrem.quod eſt propter alios effect⁹ patriæ poteſtatis:maximè vt patri quærat.
p *Per ætatem.*per hoc remouet curatores furioſi &ſimilium.Itẽ & patriam poteſtatẽ, in quibus non cõſideratur ætas : ſed hîc ſic.vt inſtit. quib.mo.tut.fi. in prin.
q *Data.* dic data à lege vel à iudice:ſed permiſſa à teſtatore. Vel data perſonæ,permiſſa ſecundariò in rebus : vt not.inſtitu.eo.in princ. Item no.quòd Placen.dixit hæc verba,iure ciuili,&c.non eſſe de definitione,ſed Azo.contra.
r *Exque re ipſa.* id eſt vi & poteſtate.
ſ *Tutores.* alludit vocabulo.ſic.j.de acquir.poſ.l.j.in princ.
t *Tuentur.* vt.ſ.de offic.præfe.vrb.l.j. in princip.
u *Non poteſt.* in teſtamento,vel à iudice,vel à lege : vt.j. de leg.tu.l. penul.§.fi. ſed procurator ad negotia non ad iudicia eſſe poteſt:vt. ſ.de procur.l.mutus.& eadem in ſurdo dicas per dictas.ll.
x *Surdum.*qui omnino non audit.aliàs cõtra:vt.j.de leg.tu.l.fi.qui-
E nimò ſuperueniẽs vitium remouet:vt.j.de excu.tut.poſt ſuſceptã. Item facit.ſ.de poſtu.l.j.§.caſum.Sed contra.j.de decur. l.honores. §.j. Sed ibi à patrimonialibus muneribus non excuſatur,ſed perſonalibus ſic:ſicut eſt tutela:vt.j.de mu.& ho.l.j.§.illud. Item hîc innuit ipſo iure tutum.Sed contra.C.qui morbo.l.vnica.vbi dicit excuſandum.Sed dic quòd ibi impropriè dicitur excuſatio. Accur.

NOn eſt exigendum.] CASVS. Quidam debitor pupilli volebat ei ſoluere debitam pecuniam: & nõ vult ei ſoluere niſi pupillus habeat tutorem.Certè pupillus non tenetur ſibi petere tutorẽ,imò debitor prędictus.Item ſi habet pupillus tutorem,& eſt abſens tut. nõ tenetur pup.ire ad locũ vbi eſt tutor, vt ſua auctoritate dict⁹ debitor ſoluat,ſed debitor debet deducere tut.ad pup.ſi vult liber.Vi.
y *Petat.*quia inuito datur tutor:vt hîc,& infra de tut.&cura.da.ab his.l.necnon.ſecus in curatore,niſi ad litem:vt inſtit.de cura.§.item inuiti.& infra.l.proxi.§.ſi pupillus.in fi.§.
z *Proficiſcatur.* ad domum vt vadat ad iudicium.

QVi habent.] CASVS. Pupillus habens tutorem cœpit furere: certè non dabitur ei curator, imò remanet in tutela: & ſi non habebat tutorem, dabitur ei tutor. Sed pone quòd hîc puer erat pubes, & minor .xxv. ann. & furioſus, & non habebat curatorem: certè dabitur ei curator tanquam puberi, & non tanquam furioſo.

[SI PVPILLVS.] Pupillus volebat agere cōtra tutorem ſuum: vnde ad hoc debet habere curatotem. quæritur, quis debeat illū curatorē petere pupillo: vtrum ipſe pupillus, an verò tutor contra quem vult agere pupillus, vel qui vult agere cōtra pupillum? & certè ſi agere vult pupillus, ipſe ſibi petet dictum curatorem, & pręſentem. Si autem tutor vult agere contra pupillum, ipſe tutor debet dictū curatorem ei petere: & cogetur pupillus eum habere curatorem ſi contradicit: & dictus curator poteſt dari quolibet loco, & quolibet tēpore. Sed pone quòd pupill⁹ petiit ſibi dictū curatorem, & non addidit in quā rē acciperet: certè in omnes controuerſias videtur accept⁹. quod qualiter intelligatur, dicit planè .l. ſequēs vſque ad .§. poſſunt autem, &c. ibi autem dicit quòd plures tales curatores ad litē poſſunt dari pluribus pupillis litigare volētibus cum curatore vel tutoribus eorum: & vnus curator poteſt dari pluribus pupillis: & vn⁹ curator poteſt dari vni pupillo: & non ſolùm in vna lite poteſt dari curator pupil. ſed etiā in pluribus litibus. Item ſi datur dictus curator pupillo, alius interim non erit curator. Item ſi curator datus eſt pupillo aduerſus vnum tutorem, poterit eſſe curator ſimiliter aduerſus alium tutorem dicti pupilli, & ita obtinebit vicē duorū curatorū in hoc caſu, & etiā in alio: veluti ſi dat⁹ ſit curator pupillo ad vnā litem quam habet cum tutore ſolo exiſtente: & tranſacto vno menſe datus ſit idem curator eidem pupillo in alia lite contra eundem tutorem. hîc etenim vicem duorum curatorum obtinet. & hoc vſque ad .l. muto. Viuianus.

† Gloſ. 1. in c. edoceri in fin. extra de reſcript. dicit per hunc §. quòd ſi lis oriatur inter collegiū & prælatū: debet adiri ſuperior, cuius officium ceſſabit lite finita.

* cuiquam.

bent, per furorem in curā non redigûntur. ſiue nō habent, & furor eis acceſſerit, nihilo minus tutores accipere poterūt: quia lex duodecim [a] tabularū ita accepta eſt, vt ad pupillos vel pupillas nō pertineat. Quia autem [b] in pupillorū perſona adgnatos curatores non admittimus, idcirco putaui, etſi B minor vigintiquīque annis furioſus ſit, curatorem ei non vt furioſo, ſed vt adoleſcēti dari, quaſi ætatis eſſet impedimentū. & ita definiemus, ei quē ætas curæ vel tutelæ ſubiicit, nō eſſe neceſſe quaſi dementi quæri curatorē. & ita imperator Antoninus Auguſtus reſcripſit: cū magis [c] ætati quā dementiæ tantiſper ſit conſulendū.

Propter litem quam quis habiturus eſt cum tutore vel curatore datur curator, qui non datur niſi præſenti & petēti. Item cogitur quis petere. Bartolus.

C Si pupillus † pupillàve cum iuſto [d] tutore, tutórve cū eorū quo [e] litem agere vult [f], & curator in eā rem [g] petitur: vtrū ipſis poſcentib⁹ datur, an verò & aduerſario? Et ſciendū eſt, ſiue agāt, ſiue cōueniātur, dari hūc curatorē poſſe [h]: ſed non aliàs, quā ſi ipſe petat, cui dari eū oportet. Denique Caſſius libro ſexto ſcripſit, talē curatorē neminem dari poſſe, niſi præſentem [i], neque cuique * niſi præſenti [k] & poſtulāti. itaque infanti [l] nō D poteſt dari. Idem Caſſius ait, ſi pupillus curatorem poſcere nō vult quominus cū eo agatur cogi [m] eū à prætore debuiſſe. Quolibet loco [n] & tempore [o] hūc curatorem dari poſſe Pomponius libro ſextodecimo ad Sabinum ſcripſit.

Curator ſimpliciter ad litem datus, intelligitur datus ad omnes lites, quas pupillus habet cū tutore cum quo litigare intendit. Bart.

Si pupillus petat talem [p] curatorem, nec addat in quā rem, an in omnes controuerſias datus ſit? Et ait Celſus Seruium conſtituiſſe, in omnes res [q] datum videri.

IIII. PAVLVS *libro octauo ad ſabinum.*

QVod dicitur [r], ſi indiſtinctè datus ſit curator, in totā litem datū videri: fortaſſe eò ſpectet, ſi familiæ erciſcundæ, aut cōmuni diuidūdo, aut finiū regūdorū actio eſſet cū tutore. Et ſi indiſtīctè datus eſſet, nō ſolū eo nomine curator eſſet, quòd ageret pupill⁹ pupillàve: ſed inuicē quoque quod cum his ageretur [ſ].

Poſſunt autē vel plures [t] in pluriū locū, vel vnus in pluriū, [u] vel vnus vni⁹ loco, vel in vnam litem †, vel in plures curator peti.

In eadem cauſa dato vno curatore, non poteſt dari alius. Itē datus in vna cauſa, non poteſt dari in alia. Bartolus.

V. POMPONIVS *libro ſeptimodecimo ad Sabinum.*

a *Duodecim tabularum.* quæ dat curatorem furioſo: vt inſti. de cura. §. furioſi. quod de maiore .xxv. annis intelligo: vt hîc dicitur.

b *Quia autem.* id eſt ex eo quòd, &c. & dic pupillorum, ſcilicet furioſorum: vt dictum eſt. & facit. j. de cura. fur. l. penul.

c *Cum magis.* ſic ſupra de arbi. l. ſed & ſi in ſeruum. §. ſi quis iudex. Argu. contra ſupra de iure dot. l. cum pater. Sed dic vt ibi. ADDITIO. Dic quòd quandoque cauſa naturalis & accidentalis ſunt inuicem repugnantes: & tūc præualet accidentalis, cum natura alteretur: vt. l. j. §. beſtias. ſupra de poſtu. Quandoque cauſa naturalis & accidentalis non repugnāt: ſed repugnat effectus earū, vt hic: (nam poteſt quis eſſe pupillus & furioſus: ſed non habere tutorem vt pupillus: & curatorem, vt furioſus) & tunc pręualet cauſa naturalis: vt hic patet. Quandoque cauſa naturalis & etiam accidētalis poſſunt ſimul concurrere, & etiam effectus earum ſe compatiuntur: & tūc vna non præualet alteri. & ita loquitur dicta. l. cum pater. & ita videtur intelligere Dy. ſecundum Bart. hîc.

d *Cum iuſto.* id eſt legitimè ordinato: aliàs prouidetur ei etiam per alium tutorem qui modò non eſt: cum habenti tutorem, &c. vt inſti. de cura. §. interdum.

e *Cum eorum quo.* id eſt aliquo.

f *Vult.* rei vindicatione, finita tutela vel durante: vt inſtitu. de Atil. tuto. §. fin. finitur etiam eo exiſtente pupillo quandoque: vt inſtitu. A quibus mo. tute. fi. §. j. ij. & iij.

g *Rem.* id eſt litem.

h *Poſſe.* niſi plures ſint tutores vel curatores: quo caſu vno auctore poteſt contra alium agere: vt. j. titu. j. l. ſi plures. Hug.

i *Præſentem.* aliud in tutore: vt. j. de tut. & cura. da. ab his. l. illud. & l. ſequen. Hug.

k *Præſenti.* & ſic aliud in tutore: vt. d. l. illud. & etiam in curatore adulti: vt. s. de procur. l. mutus. §. is qui.

l *Infanti.* id eſt minori ſeptē annis: vt. C. de iure delibe. l. ſi infanti. cū nō poſſit fari, nec intellectum habeat.

m *Cogi.* ſibiipſi contradicit hæc litera. nā. s. dixit eū nō cogi, ſed tantū petenti dari: hîc dicit cogi. Sol. quidam dicūt ꝙ ibi agit: hîc cōuenitur. ſed hoc non valet: quia ibi de vtroque dicitur. nā dixerat ſiue agat, ſiue cōueniatur. Dic ergo ibi non cogit. ſ. vt iudex ei inuito det, ſi non petat: hîc autē cogitur ad volendū. Vel dic, nō cogitur accipere hūc, puta Titiū: cogitur tamen aliquē nominare. ſic ergo ſi agat pupillus, eſt idē quod in adulto, vt non cogatur: vt hîc: nec admittitur ad agendū, niſi habeat. at ſi conuenitur adult⁹, cogitur vt detur à iudice eo inuito, ſi nō petat: vt. C. qui pe. tut. l. j. & inſtit. de cura. §. item inuiti. & s. de minori. l. ait præt. in ver. & ideo. Item ad negotia pupill⁹ cogitur: vt ſupra lege proxim. adultus non: vt inſtitutio. de cura. §. item inuiti. An autem poſſit ſemper aliàs dari curator pupillo? Diſtingue an habeat tutorē, vel non: vt. j. de tuto. & cura. da. ab his. l. curat. & l. curator. vbi nō eſt idone⁹ tut. vt inſti. de cura. §. interdū.

† Ampliabis hūc tex. per. l. 1. C. qui pe. tuto. vt procedat in curatore dato inuito. ad quod fa. l. proxi. §. ſi pupillus. de quo vide. l. mutus. §. is qui. ſupra de procu.

n *Quolibet loco.* igitur à procedente iudice dari poteſt, non ſolùm ab eo qui ſedet pro tribunali: ſed certè qui datur à iudice, datur cū inquiſitione: vt inſti. de Atil. tut. §. ſed hoc iure. igitur cū cauſę cognitione. inde eſt etiā quòd dicitur eſſe mixti imperij: vt. j. eo. l. muto. §. tutoris. ergo à procedente non videtur poſſe fieri: vt. C. de dila. l. à procedēte. & . j. de bo. poſſeſ. l. iij. §. penul. Sed eſt fortè fauore pupillorum: vt. s. de fer. l. j. & . ij. & . j. quis ordo in bo. poſſeſ. ſer. l. ij. §. dies. Sed hoc nō poteſt ſtare: vt. j. de confir. tut. l. naturali. in fi. & erit hoc intelligendum de eo qui datur ſine inquiſitione, à quo exigēda ſatiſdatio eſt. nam quādoque datur cum inquiſitione, quandoq; ſine E inquiſitione: vt. C. de tu. & cura. qui nō ſatiſ. l. j. ſecūdum Azo. & H.

o *Et tempore.* etiam feriato: vt. s. de fer. l. ij.

p *Si pupillus petat talem.* id eſt ad litem inter ſe & curatorem vel aliquem alium. Accurſius.

q *Omnes res.* ſ. inter ſe & curatorem vertentes: vel inter ſe & illum contra quem petit. & facit. C. de ann. excep. l. finali. & . j. de appel. l. ſcio. & . j. de adminiſt. tut. l. quoties. §. fin. & . j. l. proxi.

r *QVod dicitur.* ſupra. l. proxi.

ſ *Ageretur.* ſic. s. de procu. l. ſi defunctus. §. fin. & . j. de adul. l. denuntiaſſe. & . j. de tut. & cura. da. ab his. l. curatorem. Sed arg. contra. j. de acquir. hered. l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. Hug. ADDITIO. Dic quod illud eſt ſpeciale ſecundum Bar. hic, & in. l. contraria.

t *Plures.* ſ. curatores.

u *In plurium.* ſ. pupillorum. ſic. s. de procur. l. ſi quis. §. vnius. & de pact. l. ſi plures. Sed cōtra. j. iudic. ſol. l. iam tamen. §. ſi tamen. ſed ibi plures vnum defendere volebant: quod non licet: vt. s. de procur. l.

non ſolum. qui caſus non eſt hîc.

a *Cvm ſemel.* *Talis*. ad litem, vt ſuperioribus. ll. tractatur. H.

b *Non poteſt*. imò videtur quod ſic, adeo vt prior intelligatur remotus: vt. ſ. de procur. l. ſi quis cum. §. fi. Sol. vt ibi. Item eadem. l. cõtrad. videtur ad ſecũd. reſp. huius. l. Sed dicas quòd ibi in eadem lite, hîc in alia: & ſic remanet hîc vterque tut.

c *Tutor*. i. curator, vt poſtea ĩnuit. ſic. C. de in lit. dando. tut. l. ad litem.

Cvm ſemel petitus ſit talis [a] curator, quãdiuis curator maneat, alius in eãdẽ litẽ curator peti non poteſt [b]. Et ſi Titius, verbi gratia, aduerſus Seiũ curator petitus ſit, idẽ Titius aduerſus aliũ tutor [c] dari * poterit: vt ex diuerſis cauſis vnus duorũ curatorũ locũ obtineat. Quod quidẽ & aduerſ⁹ eũdẽ accidet, ſi in diuerſas lites in diuerſis tẽporibus idem petatur.

Muto poteſt dari tutor, qui ei poterit auctorari. Bartolus.

VI. VLPIANVS *libro trigeſimo octauo ad Sabinum.*

Mvto itémq; mutæ impuberi b⁹ tutorẽ dari poſſe verum eſt [d]. Sed an auctoritas eis accommodari poſſit, dubitatur. Et ſi poteſt tacẽti, & muto poteſt. Eſt autẽ verius, vt Iulianus libro viceſimoprimo Digeſtorũ ſcripſit, etiã tacẽtibus auctoritatem poſſe accommodari. *

A iudice nõ poteſt dari tutor ſub cõditione: & expreſſio eius quòd tacitè ineſt, diſpoſitionẽ conditionalem non inducit. Bartolus.

Sub conditione [e] à præſidibus prouinciarũ nõ poſſe dari tutorẽ placet: † & ſi datus ſit, nullius eſſe momẽti dationẽ [f]. & ita Põponi⁹ ait. Hãc autẽ adiectionẽ, quã præſides [g] prouinciarũ faciũt: *Tutorẽ do, ſi ſatiſdederit*: nõ cõditionẽ [h] in ſe habere, ſed admonitionem †. nõ aliter [enim] ei tutelã cõmitti, [i] quã ſi ſatiſdederit: hoc eſt, non aliter ei gerere permittẽdũ, quàm ſi rem ſaluam fore cauerit.

Is poteſt dare tutorem, cui ſpecialiter permittitur. Bartolus. Vel aliter: Tutelæ datio eſt mixti imperij. hoc dicit ſecũdum gloſſam.

Tutoris datio neque imperij [k] eſt, neque iuriſdictionis: ſed ei ſoli cõpetit, cui nominatim hoc de-

A

dit vel lex [l], vel ſenatuſcõſultũ [m] vel princeps. Surdo impuberi poterit tutor dari [n].

Ei cuius ſtatus eſt dubius, non poteſt dari tutor: ſed dabitur curator bonis. Bartolus.

Ei cuius pater in hoſtiũ poteſtate eſt, tutorem dari non poſſe palã eſt. Sed ſi datus ſit, an in pendẽti ſit datio, quæri poteſt. Et nõ puto dationẽ [o] valere. Sic enim poſt patris regreſsũ recidit in poteſtatem, atque ſi nunquã pater ab hoſtibus captus fuiſſet. Imò curator ſubſtantiæ [p] dari debet, ne in medio pereat.

B

Si pater cõſentit filio tutori datiuo, tenetur inſolidũ: & admonitio pro cõſenſu nõ habetur. Bart.

VII. VLPIANVS *libro ſecundo Diſputationum.*

C

SI filiusfamilias tutor à prætore datus ſit, ſi quidem pater tutelam adgnouit, in ſolidum debet teneri. ſi non adgnouit, duntaxat de peculio. Adgnouiſſe autem videtur, ſiue geſſit, ſiue gerenti filio conſenſit [q], ſiue omnino attigit tutelam. Vnde cum quidã filio ſcripſiſſet, vt diligenter tutelam gereret, *Cum ſcias*, inquit, *periculum ad nos pertinere*: dixi hunc quoque videri adgnouiſſe. Planè ſi ſolùm monuit [r] filium, non videtur adgnita.

D

Patrono imputatur negligẽtia & fraus in bonis liberti ſicut in bonis extranei. Bartolus.

VIII. IDEM *libro primo Opinionum.*

PAtronus quoque tutor liberti ſui [s] fidem [t] exhibere debet: & ſi qua in fraudem debitorũ quãuis pupilli [u] liberti geſta [x] ſũt, reuocari [y] i⁹ publicũ permittit.

Fraus in aſſumẽdo tutelam, vel in male adminiſtrando, extra ordinem punitur. Bartolus.

---

Mvto.] CASVS. Hæc lex habet quinq; partes. Prima dicit ꝙ mutus ĩpubes poteſt habere tutorẽ, & ei poteſt dict⁹ tutor auctoritatẽ præſtare: Secunda dicit ꝙ preſes nõ poteſt dare tuto. pup. ſub cond. expreſſa. Tertia dicit ꝙ datio tutoris nõ eſt tãtum meri imperij, nectãtum iuriſdict. ſed mixti imperij. vnde ille ſolus poteſt tuto. dare cui hoc cõmiſit lex, vel ſena. con. vel impera. Quarta dicit ꝙ ſurdo ĩpuberi poteſt tutor dari. Vlt. dicit quod ſi pater ĩpuberis eſt captus ab hoſtibus, nõ poteſt ei dari tutor, ſed datur curator ſubſtãtiæ: ſi tamẽ ei tutor detur, bene tenebit datio. Viuia.

Flo. alium tutorem dari.

Flo. accõmodare.

d *Vetũ eſt*. vt. j. de tut. & cu. da. ab iis. l. nec mãdãte. §. pe. & ar. j. eo. §. ſurdo. nõ autẽ vt furio. cu. vt. ſ. e. qui habet. in prĩ.

e *Sub cõditione*. expreſſa vel tacita ſecundũ Ro. imò ſub tacita poteſt: vt. j. eo. l. furioſus. & ille qui datur in locũ teſtamẽtarij, videtur dari ſub cõd. vel ex die qui deſinit tũc: vt. j. tit. j. l. ſi quis ſub cõditione. & in locũ captiui: vt inſti. de Atil. tuto. §. j. & abſentis reipu. cauſa: vt inſtit. de excuſa. tuto. §. itẽ qui rei. ſed ſub expreſſa non: vt hîc & j. de reg. iur. l. actus. ſecus in procuratore: vt. ſ. de procu. l. iij. ADDIT. Dic ꝙ ratio eſt: quia fauor pupilli, nedũ cõdit. exiſtẽtia expectatur, bona pupilli negligãtur & pereãt, ſecũd. Bart. hîc.

† Rationem huius axiomatis vide apud Alci. li. 3. parergon. cap. 8.

Factũ tenet, quãuis fieri non debeat.

† Concor. glo. 2. poſt prin. in c. ſignificaſti. extra de elect.

† Hũc locũ pulchrè explicat Lõgouallius in cõmentariis ſuis ad legẽ, Imperium. ff. de iuriſd. om. iudi.

f *Dationẽ*. Arg. cõtra illud generale: ꝙ fieri nõ debet, factũ tenet: vt. j. quãdo appel. ſit. l. j. §. biduum. & ſup. de fer. l. j. §. j. ibi, tametſi. & infra de interd. & relega. l. relegatorum. §. ad tempus. & facit ſup. quod cuiuſque vniuerſi. l. item. §. ſi decuriones. & j. de aucto. tut. l. & ſi conditionalis.

g *Præſides*. ſed à teſtatore ſic: vt inſtitut. qui dari tu. poſ. §. ad certã. & infra tit. j. l. tutor datus. & l. ſi quis ſub conditione. Accurſius.

h *Non conditionẽ*. teſtatoris vel datoris, ſed legis. nam dictio, ſi, non ſemper cõditionaliter ponitur. Ro. ſed certè nec legis eſt conditio, ſed admonitio: vt hîc, & j. de verb. oblig. l. ſi decem. cum ſi. & ar. j. de condit. & demon. l. Titia. & l. auia. §. fin. & j. de vſucap. pro emp. l. ij. §. ſi in diem. & j. vt leg. nomi. ca. l. licet. & j. de excuſa. tuto. l. qui teſtamento. & infra de fideicom. lib. l. ergo. §. illud.

i *Committi*. imò denegari: vt. C. de tuto. vel cura. qui non ſatiſd. l. j. ij. & iij. & l. non omnium. licèt vt ſuſpectus nõ poſſit nominari ſeu accuſari: vt. j. de ſuſpectis tut. l. hæ enim. in fi.

k *Neque imperij*. ſcilicet tantũ, neque iuriſdictionis tantũ: ſed ex vtroque. & ita mixti imperij eſt. habet enim ab imperio vt nõ poſſit delegari: vt. j. de tuto. & cur. l. nec mãdãte. niſi in legato procõſ. vt. ſ. de offic. proconſul. l. pe. quæ eſt contra. & niſi magiſtratui habenti aliàs iuriſdict. ſed tũc magis iuſſus dicitur, quàm delegatio: vt inſti. de Atil. tut. §. pen. & ſic intelligitur. j. de tuto. & curato. da. ab iis. l. ius dandi. quæ eſt contra. habet autẽ à iuriſdict. quia conſiſtit in pecuniario cõmodo tãtũ. Item & non eſt ibi gladius, hodie verò competit iure magiſtrat⁹, ſi facultas pupilli eſt. j. quingẽtos ſolidos: vt inſti. de Atil. tut. §. nos autem. & nota. ſ. de offic. eius cui mãda. eſt iuriſd. l. j. §. j. & facit. ſ. de iuriſd. omniũ iudi. l. j. Accurſius.

l *Vel lex*. vt. xij. tab. vt inſti. de legi. agna. tu. ĩ prĩ.

m *Senatuſconſultum*. vt infra. eo. l. penul.

n *Dari*. vt. j. de tuto. & cur. l. nec mandãte. §. fi. ſed ipſe non poteſt dari vt. ſ. eo. l. j. §. fina.

o *Dationem*. ſecus in filio deportati: quia ibi non eſt fictio, quæ eſt hîc: vt. C. de ſentẽ. paſ. l. fi. Sed cõtra. pater nõ captus dat filio capto: vt. j. tit. j. l. ſi quis. §. ij. Item arg. contra. huic. §. ſ. ad Macedo. l. j. §. ſi pẽdeat. Accurſius.

Conſentire dicitur qui præſenti nõ contradicit.

p *Subſtantiæ*. non perſonæ. ſic. C. depoſtl. reuer. l. iij. & ſup. qui. ex cau. maio. l. ab hoſtibus. §. ego puto. & C. de bonis quę libe. l. fi. §. ſi autẽ. & inſtit. de cura. §. dantur autem. & j. de admini. tuto. l. Lucius. §. Sẽpro.

Creditorũ putat legendum Cuiac. authori. lib. βασιλ.

SI *filiusfamilias*.] CASVS. Filius me⁹ fuit datus à præſide tut. cuidã pupillo, & malè geſſit. quæritur, vtrum ego pater tenear? & certè aut agnoui dictã tutelã aut non. Primo caſu teneor in ſolidũ. in ſecundo verò de peculio. qualiter autẽ videar agnoſcere vel non: planè dicit litera vſque in fi. l. Viui.

q *Conſenſit*. conſentire autẽ videtur, ſi præſenti non contradicit: vt. j. ad municip. l. ij. & Cod. de filiisfamil. & quemadmodũ. l. j. lib. x. Ro. Sed cõtra. j. de adminiſt. tut. l. Lucius. Sol. vt ibi. Itẽ cõtra. ſ. de neg. geſt. l. mandaſti. Solu. vt ibi.

E

r *Monuit*. quod etiam monitioni contradicens facere potuit, ſecũdũ Ro. monitio ergo non oblig. ſic. ſ. de neg. geſ. l. ſi ſerui. & ꝙ nota. C. de nego. geſt. l. negotium. Item dic vt nota. C. quod cum eo. l. j. Item facit. j. de acquirend. heredi. l. ſi quis mihi. §. iuſſum.

PAtronus.] CASVS. Non ſolùm alij tutores pupillorum debent bona fide gerere tutelam: ſed etiam patronus tutor liberti ſui. & ſi aliquid in fraudem fecit circa bona dicti ſui liberti: totum debet reuocari. Viuianus.

ſ *Sui*. ſed alieno liberto ingenuus datus excuſari poteſt: vt infra de tut. & cura. datis ab iis. l. pupillo. & de excuſa. tut. l. cum ex oratione & C. de excuſa. tuto. l. ex cauſa.

t *Fidem*. ſcilicet bonam, licèt quandoque non ſatiſdet, ſcilicet ſi eſt honeſta perſona: vt. j. de legi. tu. l. legitimos.

u *Pupilli*. dic, id eſt pupilli, quamuis liberti. Accurſius.

x *Geſta ſunt*. in adminiſt. tutelæ à tutore, eodèmque patrono. Hug.

y *Reuocari*. eodem modo ac ſi alius tutor eſſet.

que ſolus magis quadrat, quia illa; quod in vna lege eſt teſtamentarius in alia datibus facile poteſt impugnari. Vide meas notationes ad marginem dictę legis 21. & adm. et perie. tut. et curatorum

ex preſſa nocent, non expreſſa non nocent l. 195 de reg. iur.

IX. MARCIANVS *libro tertio Inſtitutionum.*

IN eos [a] extra ordinē animaduertitur, qui probantur nūmis datis [b] tutelā occupaſſe, vel pretio accepto operā dediſſe vt non idoneus [c] tutor daretur, vel conſultò in edēdo [d] patrimonio quātitatē minuerit, * vel euidēti fraude pupillorū bona alienaſſet. *

Hîc eſt duplex litera: vna affirmatiua ſecundū quā dicit quòd municipes poſſunt dari tutores municipi, hoc eſt ciues ciui: & ſic innuit ſecus eſſe ſi non eſſet ciuis ciuitatis. Alia litera eſt hîc negatiua, ſecūdum quam dicit quòd non municeps poteſt dári municipi tutor. Bartolus.

X. VLPIANVS *libro ſecundo ad Edictum.*

ETiam non municeps [e] tutor dari poteſt, dummodo municipi [f] detur.

XI. PAVLVS *libro tertio ad Vitelliū.*

FVrioſus ſi tutor datus fuerit, poteſt intelligi ita dari, cum ſuæ [g] mentis eſſe cœperit.

Tutores dati in locū abſentis, durant etiā illo defuncto. Bartol.

XII. IDEM *libro decimo Reſpōſorum.*

QVæſitum eſt, an hi qui in locū abſentis reipublicæ cauſa, tutores * dati ſunt, mortuo illo tutores [h] perſeuerēt: an alij petēdi eſſent. Paulus reſpondit, eos qui in locū abſentis dati ſunt: nō reuerſo eo, in eadē cauſa perſeuerare [i] vſq; ad tēpus pubertatis.

Curator vel coadiutor datur tutori per iudicē ex cauſa: vel per ipſum tutorem cum decreto iudicis. Bartolus.

XIII. POMPONIVS *libro ſecundo Enchiridij.*

SOlet etiam † curator dari aliquādo tutorē habenti, [k] propter aduerſam tutoris valetudinem, vel ſeniū ætatis: qui magis adminiſtrator rerū, quàm cura-
B tor [l] eſſe intellegitur. Eſt etiam * adiutor [m] tutelę, quem ſolet prętor permittere tutoribus conſtituere, [n] qui nō poſſunt ſufficere adminiſtrationi tutelæ: ita tamē, vt ſuo periculo eum conſtituant.

Si pupillus trāſit in alterius poteſtatē, vel perdit ciuitatem: tutela finitur. Idem ſi tutor remoueatur, vel conditio extitura extiterit. Bartolus.

XIIII. VLPIANVS *libro trigeſimoſeptimo ad Sabinum.*

C SI adrogati [o] ſunt adhuc impuberes, vel deportati ſint pupilli: tutores habere deſinunt. Itē ſi in ſeruitutē pupillus redigatur, [p] vtiq; finitur tutela. Aliis quoque modis deſinūt eſſe tutores, ſi fortè quis ab hoſtibus fuerit captus, vel pupillus, [q] vel tutor. Sed & ſi ad tempus fuerit quis datus, [r] tēpore finito tutor eſſe deſinit. Pręterea ſi ſuſpectus [ſ] quis fuerit remotus, deſinit eſſe tutor. Sed & ſi [t] ad certam cōditionem datus
D ſit, æquè euenit vt deſinat eſſe tutor exiſtente conditione.

Si tutor eſt apud hoſtes ſine mutatione ſtatus, non finitur tutela. Bartolus.

IN *eos.*] CASVS. Hæc lex nominat.iiij. qui debent puniri extra ordinem, id eſt ad arbitriū iudicis. Primus eſt ille tutor qui dat nūmos fortè notario præſidis, vt habeat tutelā alicuius pupilli. Secūdus eſt dictus notarius. Tertius eſt qui retulit iudici minorē eſſe quantitatem patrimonij pupilli cuius erat tutor, vt iudex minora alimēta pupillo conſtitueret. Quartus eſt ille qui aliter baratat & diſſipat res pupilli.

a *In eos.* nec tamen remouētur vt ſuſpecti: vt j.de ſuſpe. tut.l.iij.§. tutor. Azo.& Hugo.

b *Datis.* vt & ſupra de offi.præ. vrb.l.j.§.itē ſolent. & inſtitu.de ſuſpe. tuto.§. ſed ſi quis pręſes in fi. Sed quid ſi ecōtra accepit vt eſſet? Reſpōd. erit tutor: ſed per cōdictionem ob turpē cauſam tenetur, cum gratis ſubire tenebatur: vt. s. de condic.ob turpē cauſam l.fi. ſed in procuratore ſecus: niſi pactus eſſet de quota: vt.s.mā. l.j.&.l. ſalariū. &. C. de procurator.l. litem.

* minuiſſe.

* alienaſſe.

c *Idoneus.* ſic infra de ſuſpec. tut.l.iij. §. tutor. ibi, neq;.n. intereſt &c.

d *In edendo.* id eſt mōſtrando & ponendo in inuentario.ad quod.C. de mag.con.l.fi.

ETiam.] CASVS. Nō ſolùm ciuis alicuius ciuitatis, ſed etiam aliquis de municipio alîquo poteſt dari tutor: dūmodo detur pupillo de illo municipio vnde ipſe eſt, vel de ciuitate ſub qua eſt dictū municipium. Viuianus.

* Poſſunt.n. hoc caſu tutores dari.l. 1.C.in quib. caſib.tut.vel curat.habēt. &c-itaq; errat Ruſſard⁹ qui notat hîc tutorem procuratore accipi.

e *Etiam municeps.* habeas ſine, non: vt eſt Piſana litera. & dic non ſolùm aliquis ciuis Romæ, vel alteriusciuitatis, ſed etiā alicuius municipij extra vrbē. Et dicitur municeps, quia ſimul munera capit: vt.j.ad munici. l.j.in princip. Et not. quòd tam datus à iudice tutor vel curator, q̃ ille cui datur, debent eſſe eiuſdē municipij ſeu ciuitatis: & dātem oportet eos habere ſub ſua iuriſdictione: vt in fine huius.l. alioquin nulla eſſet datio: vt.C.qui dari tut.poſ.l.neq;.&.j. de excuſa.tuto.l.illud vſitatum.&.j. de tuto. & curato.l.j. in fin.&.l. pupillo. & hoc ſi detur à iudice: nā ſi à teſtatore detur, tenet datio, ſed habet excuſationē tutelæ: vt.C.de excuſa.tuto.l. teſtamēto.&.j. titu.j.l.quęro.& infra de excuſa.tut.l. fin.ſi tamē in loco illo nō inueniatur idoneus, ex alio loco accipietur: vt.j.de tut.& cura.l.diuus. Alij habent, non municeps.q.d. nō ſolùm ciuis alicui⁹ ciuitatis, ſed etiā qui extra habitat: dūmodo ſub iuriſdictiōe illius ciuitatis: vt.j.de tuto.& cura.da.l.ius dādi in fine.

Imò Piſana litera habet negationem vt edito Florētina ꝓbat. Anto. Aug. li.1.c.3.

f *Municipi.* ſcilicet eiuſdem municipij: vt dixi.s. ſecundum primā literam. ſecundum aliam dic, ſcilicet municipij ſubiecti illi ciuitati vnde eſt ciuis ille qui datur. & eſt ſic in veteranis, nauiculariis, & ſimilibus: vt.C. de excu.ve.l.ij. & de excuſa.tuto.l. pen. & infra de excuſa.tut.l.non tantum.§.eos.&.§.fina.

FVrioſus.] CASVS. Si furioſus detur pupillo pure tutor, nō erit antè tutor quàm reſipuerit. Viuianus.

g *Cum ſuæ.* ſic ergo ſub conditione.& ſic eſt contra.s.eo.l.muto.§. j. Solu.ibi à iudice, hîc à teſtatore: vt.j.titu.j.l.ſi hereditas.§.ſi furioſus. & inſtit.qui dari tut.poſ.§.furioſus.ſecundū Ro. Vel ibi ſub expreſſa nō, ſed tacita ſic: vt ibi not.ad quod eſt.s.de iud.l.cū furioſus.

QVæſitum.] CASVS. Tutor meus aberat cauſa reipub.& ideo loco eius dati fuerunt curatores. certè ſi non reuertatur tutor abſens, quia ibi mortuus eſt: fortè manebūt curatores prædicti
A vſque ad tēpus pubertatis. & nō ſolùm propter abſentiam tutoris datur pupillo curator, ſed etiā ſi infirmus ſit tutor, vel nimis ſenex, ita quòd nō poteſt ſufficere adminiſtrationi: imò nec poteſt adminiſtrare. ſi autē poteſt adminiſtrare, ſed nō ſufficiēter: datur ei adiutor ſuo periculo. & hoc dicit cum.l.ſeq. Viuia.

h *Tutores.* id eſt curatores: vt inſtit. de excuſā. tuto.§.item qui. Vel dic propriè: [a] vt.j.de ſupec. tuto.l.iij.§.ſi quis ab futurus. & no.C.in quib⁹ cau.tuto. ha.l.j.

a] Quęlibet bona ſecundum Bar.

i *Perſeuerare.* ſic.j.de tuto. & cura. da. ab iis.l. curatorē impuberi. & C.de ſen. paſ.l.fin. Sed arg. contra ſupra de in diē addi.l. inter.§.j. Itē cōtra ſupra eo.l. muto. §.fi. Sed ibi propter paternā reuerentiam non datur in locū patris capti. hîc datur in locum tutoris abſentis.

† Cōcor. cū hac.l.c.venerabili. cū gl. ſuper verbo, coadiutorē. extra de offic. deleg. vbi dicitur quòd epiſcopo datur coadiutor propter ſuſpicionē dilapidationis, vel aduerſam valetudinem.

k SOlet etiam. Habenti. vt inſtit. de cur.§. interdū. ſed tutor nō regulariter: licet quādoq; fallat in caſibus in quibus eſt ſpeciale ſecundū Ioan. quod dic vt. C. in quibus cau. tut.l.j. licet Pla. dicat nō fallere. & legit rubric. prædictam correctiuè. de curatore autem nō eſt dubium, quia iungitur curatori: vt.j.de tut.& curato.da. ab iis.l.vētri.§.j. Accurſ.

* perperam legebat Haleāder. acto.

l *Quàm curator.* quia curatores vſq; ad certam ætatē dari ſolēt. hîc autem quouſque finiatur neceſſitas. Item nō pręſtabit impuberi auctoritatē in adeunda hereditate, quod faceret curator puberis itē tutor: vt infra de ap.l. cum in vna &.C.de admini.tuto.l.cum quidā. Azo.

m *Eſt etiam adiutor.* id eſt actor. Accurſius.

n *Conſtituere.* ergo ſuperiorem dat prætor: hunc permittit dari vel cōſtitui. Azo.& facit inſtitu.de cu.§.fina.& infra de admini.tuto.l.decreto &.C.de procura.l.neque: & de eo ibi nota.

SI *adrogati.*] CASVS. Hæc lex ponit.vij. caſus quibus finitur tutela. Primus eſt, ſi pupillus datus eſt alicui in adrogationē. Secundus, ſi eſt deportatus. Tertius, ſi redactus eſt in ſeruitutem à patrono propter ingratitudinem. Quartus, ſi eſt captus ab hoſtibus ipſe vel tutor eius. Quintus eſt, ſi fuit ei datus tutor vſque ad Paſ-
E cha, & venit poſt paſcha. Sextus eſt, ſi vt ſuſpectus fuit remotus à tutela tutor eius. Septimus, ſi datus fuit ei tutor donec nauis ex Aſia venerit, & poſtea nauis venit. Viuianus.

o *Si adrogati.* ad totam hanc.l. cōcor.inſtit. quibus modis tut. fi.§. j.vſque ad fi. titu.

p *Redigatur.* ex ingratitudine: vel pro delicto in metallū datur: & ſecūdū hoc dic primū proximū pubertati: vt.j. de reg.iu.l.pupillū.

q *Pupillus.* & tunc datur curator bonis: vt.s.eo.l. muto.§. fin.

r *Datus.* à teſtatore: vt infra titu.j.l. tutor datus. non à iudice: vt infra de reg.iur.l.actus.

ſ *Suſpectus.* idem ſi ſe excuſat: vt inſti. quib. mod.tu.fi.§.fi.

t *Sed & ſi ad certam.* puta vſque dum nauis ex Aſia venerit. & ſic eſt certa: ſed incertum eſt an exiſtat. Si autem dicas omnino exituram, tunc non eſſet conditio: vt infra de noua.l.ſi pupilli.§.j. Et dic, datus in teſtamento, non à iudice: vt inſtit. quib. mod.tu. fi.§. ſed & ſi ad certam.

Si quis tutor.] CASVS. Tutor nō eſt captus ab hoſtibus:ſed miſſus eſt ad eos pro ambaſſiatore:vel etiā nō miſſo eo hoſtes recepe-
A
rūt eū tãquā ambaſſiatorē,vel etiā ad hoſtes trāſfugit.in his tribus caſibus cū nō fiat ſeruus hoſtiū,nō deſinit eſſe tutor:ſed tamē interim datur pupillo ſuo curator.& hoc dicit cū.l.ſequen. Viuia.

a *Captus*. aliàs ſecus:vt ſupra.l.proxima.

b *Ab eis*. i. hoſtes receperāt eū tãquā legatum miſſum ad eos, cū non eſſet. Nō autē dicas receptum à nobis: quia ſi iam rediiſſet, ad quid daretur alius?

* hic enim fit hoſtium ciuis, non apolis. at de portatio quia facit apolidem, tolit tutelã.

c *Transfugerit*. ſed nūc trāſfuga deſinit eſſe ciuis:vt.j.de capti.& poſt li.reuer.l.poſtliminium §.filius. &.ſ.de ca. de. l. amiſſione.§.j.ergo deſinit. eſſe tutor: vt inſtit. quibus mo.tu.fi.§.ſed& capitis. & hīc dicit, tutor manet.Solu. hīc nō proditoris animo: ſed ſic fingebat, vt videret ſtatū hoſtiū: tamē trāſfuga eſt:quia facit contra voluntatem populi Romani:& hīc nō deſinit eſſe ciuis,& ſic tutor manet.ſecus eſt cū proditoris animo: vt.j. de capti.l.poſtliminium.§. trāſfugæ. Alij referunt hūc verſum, quia ſeru⁹ nō efficitur, tutor manet,ad alios caſus,nō ad transfugam.

† Solon. cū Athenienſib⁹ leges ferret, tutelam virile tantū munus eſſe, & fœminas abeſſe à tutelæ negotio voluit, vt etiam tutorē apud pupillorum matrem habitare prohibuerit.auctor Laertius.

*Hæc addidit Tribon. ex.l.vlt. C. de legi.tute. cūm antea etiam ad liberos imperfectæ ætatis tutela trāſiret.Vlp. in frag.

d *Quia ſeruus*.nec ciuitatem perdit, ſubaudi. aliàs non eſſet ſufficiēs ratio.Hug.

e *Dabitur*. aliter ſi eſſet capt⁹ pater:vt.ſ.e.l.muto.§.fin.Itē ꝙ dicit,tutor alius:i.curator,ſecūdū P.ſic.ſ.eo.l.cum ſemel.vel ſecūdū eū refertur ad trāſfugā tãtum. Tu dic ſpeciale ſecundum Ioan.vt habenti tutorem detur tutor:vt not.ſ. eo.ſolet.

XV. IDEM *libro trigeſimooctauo ad Sabinum.*

Si quis tutor nō ſit captus [a] ab hoſtib⁹, ſed miſſus ad eos qua ſi legat⁹, aut etiā receptus ab eis [b] aut trāſfugerit: [c] * quia ſeruus [d] nō efficitur, tutor manet:ſed interī à præſidib⁹ alius tutor dabit̄. [e]

Tutela eſt officiū virile, & non tranſit ad heredes.Bartolus.

XVI. GAIVS *libro duodecimo ad Edictum prouinciale.*

Tvtela plerunq; [f] † virile officiū eſt.Et ſciendū eſt nullā tutelā hereditario iure ad aliū [g] tranſire:ſed ad liberos [h] virilis ſexus perfectæ * ætatis [i] deſcēdunt legitimæ:ceteræ nō deſcēdunt. [k]

XVII. PAVLVS *libro octauo ad Sabinum.*

Complura ſenatuſconſulta [l] facta ſunt, vt in locum furioſi & muti & ſurdi tutoris [m] alij tutores [n] dentur.

XVIII. NERATIVS *libro tertio Regularum.*

Foeminæ tutores dari [o] non poſſunt:quia id munus maſculorū eſt; [p] niſi à principe [q] filiorū tutelam ſpecialiter poſtulent.

DE TESTAMENtaria tutella.

Tvtela.] CASVS. Primò dicit quòd tutelæ officiū eſt plerunq; virile,i.officiū virorū,& nō mulierū:quamuis fallat in matre: vt.j.l.fina.quam hīc cōiungas.Secundò dicit:nō omnis qui debet hereditatē habere:quia illius cui deferebatur tut. alicuius pup. debet habere tutelā dicti pupilli:quia ſi mulier ſit heres,nō debet habere tutelā quæ defuncto deferebatur. & idē dico in herede maſculo minore.xxv an.Tertiò dicit ꝙ in locum furioſi tutoris alij tutores dãtur.& idem eſt in tutore ſurdo & muto effecto. Viuian.

f *Tutela plerunque*. propter hoc quod dicitur infra eo.l.fi. & facit. C.quando mulier tut.offic.fun.po.l.j.&de regu.iur.l.j.

g *Ad alium*. vt ſupra de iis qui not.infa.l.furti. §. illud.idem dicas in qualibet prælatura,& etiam in commiſſaria.

*Ad liberos*.etiā nō heredes.ſic.C.de La.lib.tol.l.j.§.ſed ſi ſub cōditione.& facit.j.de leg.tut.l.iij.§.ſi duo.. ADDITIO. Dic idē etiā in qualibet prælatura & cōmiſſaria:vt dicit glo.not.in ca.fi.de teſt. lib.vj.&.l.alimēta.in prin.j.de ali.& ciba.leg.ſecundū Bart.hīc.

i *Aetatis*. xxv.an.vt.C.de legi.tut.l.fi.in fi.

k *Non deſcendunt*. differunt etiam in alio: quia legitimæ pereunt minima capi.demi.cæteræ non:vt.ſ.de cap.demi.l.tutelas.

l *Complura ſenatuſconſulta*. quorum nomina non habemus.

m *Tutoris*.teſtamētarij,ſecūdū R.ꝑpter id qd no.ſ.e.l.furioſus.

n *Tutores*. i.curatores ſecundum P.vel ſecundum Ioā.eſt ſpeciale: vt no.ſ.e.l.ſolet.nā iſti propter aduerſam valetudinem nō deſinūt eſſe tutores vt.d.l.ſolet.licet deponere poſſunt tutelam: vt infra de excuſ.tuto.l.poſt ſuſceptam.

o *Foeminæ.Dari*. à teſtatore,vel à iudice:vt.j.titu.j. l.iure noſtro.

p *Maſculorum eſt*. vt.ſ.eo.l.tutela.

q *Principe*. & tūc debet cōfirmari, eo ꝙ debet interponi à iudice decretū adminiſtrationis.& tunc renuntiat ſecundis nuptiis:vt.C. quādo mulier tut.offi.fun.l.ij.in prin.& in auth.vt hi qui ob.§.fin. col.vj.Sed hodie mater & auia abſq; hac impetratione omnibus præferūtur,ſi renuntiāt ſecūdis nuptiis & Velleia. ſenatuſcōſ. exceptis teſtamētariis:vt in authen.de here.ab inteſta.§.ex his.coll.ix. & adde de his nota.C.quādo mu.tut.offi.fun.l.ij.& authen.matri. &.C.ad Tertyll.l.omnem.Accurſius.

DE TESTAMENTARIA TVTELA.

*Dictum eſt ſupra de titulis in genere: verùm quia ſpecies ſubſunt generibus, ſequitur videre de tutelis in ſpecie.*

*Teſtamētaria tutela eſt quam lex à parēte teſtamēto dari permittit, ſpecies vna datiuæ,non tamen hoc lex omni parēti permittit,nec vt quēlibet vel quolibet modo,vel cuilibet, vt hoc titulo declaratur, quo nō adiicitur, vel curatione, quia nulla eſt curatio teſtamentaria.Cuia.*

## TITVLVS II.

Parentes poſſunt dare tutores in teſtamento liberis natis & naſcituris, qui in alterius poteſtatē recaſuri non ſunt.Bartolus.

I. GAIVS *libro duodecimo ad Edictum prouinciale.*

B
Lege duodecim tabularū permiſsū eſt parētibus, [r] liberis ſuis ſiue maſculini ſiue fœminini ſexus,ſi modò in poteſtate ſint,tutores teſtamēto [ſ] dare.Item ſcire debemus etiā poſthumis filiis, vel nepotibus, [t] vel cæteris liberis [u] licere parētibus teſtamēto tutores dare: qui modò in ea cauſa ſint, vt ſi viuo eo nati fuerint, in poteſtate eius futuri ſint,neq; teſtamentū rupturi. [x] Item ignorandū nō eſt,eum qui filiū in poteſtate, [y] & nepotē ex eo æque in poteſtate habebit: ſi nepoti tutorē dederit, ita rectè dediſſe videri, ſi nepos poſt mortem eius in patris ſui poteſtatem recaſurus non ſit.quod euenit,ſi viuo teſtatore filius [z] in poteſtate eius eſſe deſierit. [a]
C

II. VLPIANVS *libro ſecundo ad Sabinum.*

*Lege duodecim tabularū.* ] CASVS. Lex iſta cūſeq. dicit tria.Primum eſt ꝙ parētes poſſunt dare tutores liberis ſuis quos in poteſtate habent.Secundò dicit quòd poſſunt dare tutores etiam illis liberis qui non ſunt adhuc nati, dum tamē duo concurrant.Primū vt ſi naſcituri eſſent viuo eo,forent in eius poteſtate: quod quidem in filiis nondum natis planum eſt:ſed in nepotibus & pronepotibus, & aliis deſcendentibus non eſt ita planum. vnde quod dico in pronepote poſthumo,intelligas & in cæteris deſcēdentibus.filius meus in mea poteſtate conſtitutus deceſſit relicta vxore ſua prægnante.certè illi nepoti meo poſthumo bene poſſum dare tutorem:quia ſi naſcatur me viuente,bene eſt futurus in mea poteſtate. Secundum eſt quod debet interuenire,quòd poſthumus dictus meus nepos non ſit rupturus meū teſtamentum cum naſcetur: veluti quia non eſt præteritus à me, imò inſtitutus vel exheredatus,ſi autem eſſet præteritus,ſicq; rumperet teſtamentum,nō valeret datio tutoris prædicta. Tertiò dicit ꝙ ſi habeo filium in poteſtate,& ex eo nepotem, & do tutorē dicto nepoti: certè pendet dicta datio tutoris, donec ego vel filius prædictus decedat:vt ſi quidē filius decedat, valeat dicta datio tutoris.Si autem ego decedā, ſicq; dictus nepos meus recidat in poteſtatem patris ſui,eiuſdēmque filij mei,nihil valet datio: etiam ſi ego auus eram miles.hoc dicit cum.l.ſequen.Viuianus.
D

Inſt.eo.§. pen.

ibidem.§.2.

r *Parentibus*. maribus.P.quod patet:qa ſubiicit,ſi modò &c.nam mulier nullū habet filiū in poteſtate:vt inſt.de adop.§.fœminæ.& arg.j.ad Tertyl.l.pen.verū & mater quādoq; dat filiis tutorē: vt.j. e.l.pater.de naturali filio dic ꝙ poteſt dari,ſi modò is confirmetur: vt.C.de cōfirman.tuto.l.fi.ſpurio nullo modo,cum nec filius dicatur:*vt in authen.quibus modis na.effi.ſui.§.fina.colla.vj.Accur.

Mater non habet filios in poteſtate.

ſ *Teſtamento*. vel codicillis teſtamento confirmatis:vt.j.eo.l.iij.
E

t *Vel nepotibus*. ſcilicet poſthumis.

u *Vel cæteris liberis*. ſcilicet poſthumis.

x *Rupturi*. i.eo caſu quo ruptum non fuit teſtamentum ſuccedēdo ex.l. Velleia:vt cum heredes inſtituūtur vel exheredantur:vt.j. eo.l ſi hereditas.§.j.& inſti.de exhered.libe.§. poſthumorum. &.j. de lib.& poſthu.Gallus.Si enim rumpitur teſtamentum,nulla eorum quæ ibi relicta ſunt,valent iure veteri:ſecus hodie,vt.C.de libe.præte.authen.ex cauſa.Accurſius.

a] Limitabis hanc gl. & in ea alleg.auct.per text.in.l. generaliter. §. cum auten. & quod ibi not. Bal. C. de inſtit. & ſubſtitu.vt procedat in fauorabilib⁹ tãtum: quia in odioſis eſt ſecus.cui concord.gl. in cap.ſtatutum.de hære.lib.6.& in.c.in præſentia.& ibi Panor.extra de prob. de quo vide.l. cum acutiſſimi.C. de fi deicom.

y *In poteſtate*. natum:vt differat à præcedenti.vel hoc determinat illud.Accurſius.

z *Filius*. ſcilicet media perſona.

a *Deſierit*. non dignitatis occaſione:vt in authen.conſtitu.quæ de dig.§.illud.colla.v.& inſtit.de tute.§. permiſſum. &.j.de regu.iur. quo tutela. aliàs incipit, Quintus Mutius. & ſupra de iis qui ſunt ſui vel alie.iur.l.nepotes.Accurſius.

a Nec mi-

NEc militē liberis recaſuris in poteſtatē[a] tutorē dare poſſe, à diuis fratribus reſcriptū eſt.

Teſtamento videntur dati, qui ſunt dati in codicillis teſtamento confirmatis. Bartolus.

III. IDEM *libro trigeſimoquinto ad Edictum.*

TEſtamēto datos tutores accipere debemus etiam eos, qui codicillis teſtamento confirmatis[b] ſcripti ſunt. Sed eos demum teſtamento datos accipere nos oportet, qui iure dati ſunt.[c]

Pater dat tutorem filio inſtituto vel exheredato: mater inſtituto tantùm: & tunc cum inquiſitione confirmabitur. Bartolus.

IIII. MODESTINVS *libro ſeptimo Differentiarum.*

PAter heredi * inſtituto filio vel exheredato[d] tutorē dare poteſt: mater autē † non niſi inC ſtituto: quaſi[e] in rē potius quàm in perſonā tutorē dare videatur. Sed & inquiri in eū qui matris teſtamēto dat⁹ eſt tutor, oportebit.

Tutor datus à patre non legitimè, cōfirmatur ſine inquiſitione: niſi noua cauſa ſuperueniat. Bar.

Cum à patre datus, quāuis minus iure datus ſit, tamē ſine inquiſitione[f] confirmatur: niſi ſi cauſa propter quam datus videbatur, in eo mutata ſit: veluti ſi ex amico inimicus, vel ex diuite pauperior[g] effectus ſit.

Appellatione filiorū continentur poſthumi filij, non nepotes: ſed appellatione liberorū etiam nepotes continentur: appellatione verò poſterorū omnes deſcendentes continentur. Bartolus.

V. VLPIANVS *libro quintodecimo ad Sabinum.*

SI quis filiabus ſuis vel filiis tutores dederit, etiā poſthumę[h] videtur dediſſe: † quia filię appellatione etiā poſtuma cōtinetur.[i] E

VI. IDEM *libro trigeſimonono ad Sabinum.*

QVid ſi nepotes ſint? an appellatione filiorū † & ipſis tutores dati ſint, videndum. Et magis eſt, vt ipſis quoq; dati videantur, ſi modò liberos dixit. cæterùm ſi filios, non cōtinebūtur.[k] Aliter enim filij, aliter nepotes appellātur. Planè ſi * poſthumis dederit: tam filij poſthumi quàm cæteri[l] liberi continebuntur.

Dies tutelæ cedit ab adita hereditate, & immediatè illa poteB ſtas trāſit à teſtatore in tutorem. Bartolus.

VII. PAVLVS *libro tertio ad Sabinum.*

TVtores non ab herede, ſed à teſtatore protinus proficiſcuntur,[m] ſimulq;[n] aliquis heres extitiſſet.* Nam & ipſe heres tutor dari poteſt: & poſt mortem heredis tutor rectè dari poteſt.

Vnumquodq; per id quod ligatur, per contrariū diſſoluitur.

VIII. VLPIANVS *libro vigeſimo quarto ad Sabinum.*

TVtor datus, vetari tutor eſſe poteſt vel teſtamento,[o] vel codicillis.[p] Sed ſi ſub conditione fuerit tutor datus, deficiente conditione tutor non erit. Tutorem autem & à certo tēpore dari, & vſque ad certum tempus[q] licet, & ſub conditione,[r] & vſque ad conditionem.

In tutelæ datione attenditur etiam nouiſſima ſcriptura. Bart.

In tutoris dationem vtrum leD uiſſima[ſ] cōditio, an nouiſſima,[t] vt in legato, ſpectanda eſt?[u] vtputa: *Titius cum poterit, tutor eſto. Titius, ſi nauis ex Aſia venerit, tutor eſto.* & Iulianus libro viceſimo Digeſtorum rectè ſcripſit nouiſſimam ſcripturam eſſe ſpectandam.

Non valent diſpoſita in teſtamēto, niſi adeatur hereditas ſaltem per vnum ex pluribus. Bart.

IX. POMPONIVS *libro tertio ad Quintum Mucium.*

E SI nemo hereditatem adierit, nihil valet ex his quę teſtamēto ſcripta ſunt. Si verò vnus ex pluribus adierit, tutelę ſtatim valent:[x] nec expectandum erit vt omnes hereditatem adeant.

---

a NEc militem. In poteſtatem. ſcilicet mediæ perſonæ. & facit infra de mili. teſta. l. cum filius. & ſupra l. proxi.

b TEſtamento. Confirmatis. alioquin ſecus eſſet: vt infra de confir. tut. l. ij. & idem in libertatibus directis: licet ſecus ſit in fideicom. vt infra de manu. teſta. l. libertates. & ſic de hereditate dicitur inſtit. de codicil. §. codicillis. & eſt ratio infra de heredi. inſti. l. aſſe. Vel poteſt dici aliud eſſe hodie, quaſi ſemper videātur eſſe cōfirmati: vt inſti. de codi. §. non tātùm. Accurſius.

c Dati ſunt. aliàs nec ꝓpriè tutores dici poſſūt: vt infra de verb. ſignifi. l. Paulus: & facit infra de re iudi. l. iiij. §. condemnatum. & infra de fideiuſ. l. iij. & de condi. & demonſt. l. hæc conditio. & de ſecun. tabu. l. hi demū. Argu. contra infra de condi. inſtitu. l. mulier. §. fina. ADDITIO. Tu dic quòd ibi in cōditionib⁹ quę ſunt facti. præterea & ibi valet de iure ſecundum Bar. hic.

PAter.] CASVS. Pater ſiue inſtituat filium ſuum, ſiue exheredet: poteſt ei dare tutorem: non autem mater niſi filiū inſtituat: & etiā inquiſitio debet fieri in tutor. dato à matre: licet nō fiat in dato à patre.

d Exheredato. ſic & pupillariter ſubſtituere: vt inſtit. de pupill. ſubſtit. §. nō ſolum. quādoque tamen poteſt quis filio ſuo ſubſtituere, & non tutorē dare: vt. ĵ. de milita. teſta. cū filius. H.

e Quaſi. bene dicit quaſi: quia perſonæ principaliter, ſecūdariò rebus dari dicitur: vt inſtitu. qui dari tut. poſ. §. certe. & inſtit. de excuſa. tuto. §. datus. ſed videtur ꝙ etiam tunc non poteſt: vt. ĵ. de lega. ij. l. peto. §. mater. quæ eſt contra. Sol. non tenet, vt ibi: niſi confirmetur: vt hîc, & no. C. eo. l. iiij. & facit infra tit. j. l. j. ij. & iij.

f Inquiſitione. diligentiori. Hug.

g Pauperior. ſic. ĵ. tit. j. l. vij. & l. penul.

SI quis.] CASVS. Cū filiis ſiue filiabus do tutorem: etiā poſthumę videor dediſſe. Item ſi dedi tutores liberis, cōtinētur etiam nepotes. Item ſi dedi poſthumis: non ſolùm filij, ſed etiā nepotes poſthumi continentur. & h. d. cum l. ſequen. Viuianus.

h Poſthumæ. nomine filij, mares & fœminæ nati & naſcituri continentur. Sed econtra nomine filiæ non continentur mares: vt infra eo. l. ſi quis. & de lega. iij. l. ſi ita. & ibi nota. & etiam capti ab hoſtibus: vt infra eo. l. ſi quis. §. j.

i Continetur. aliud in legatis, niſi in aliqua parte teſtamenti mentionem poſthumi fecerit: vt infra de leg. j. l. qui filiabus. & continua. leg. ſequen.

A k QVid ſi. Non continebuntur. imò videtur quòd ſic: vt infra de verb. ſignifi. l. filij. & l. iuſta. & l. liberorum. quæ ſunt contra. Solu. vt inſtitu. eod. §. penult. Et not. ſecundum Rom. quòd talis dicendi varietas non cadit in idiotam.

l Quàm cæteri. ſcilicet nepotes & alij naſcituri, non nati: ne ſit contra. ĵ. de verb. ſig. l. nomen filiarum.

TVtores.] CASVS. Tutoris datio pro ficiſcitur à teſtatore prīcipaliter, licet ſecundariò proficiſcatur ab herede: quia non aliter, valebit datio, niſi heres hereditatem adeat: vt. ĵ. in l. iij. quam hic cōiungas: & eſt plana. Viuianus.

m Proficiſcuntur. vt cętera quæ relinquūtur. H.

n Simul atque. id eſt poſtquam. H. & facit. ĵ. eo. l. ſi nemo.

TVtor datus.] CASVS. Filio meo tutorem dedi: poſtea vetui in teſtamēto vel codicillis ne tutor eſſet. certè nō eſt amodo tutor. ſed ſi dedi eum ſub cōditione, ea deficiente nō erit tutor. & poſtea ponit quatuor modos quibus poteſt tutor dari. poſtea dicit quòd in donatione tutoris nouiſſima ſcriptura valet, ſicut & in legatis. Viu.

o Teſtamento. aliàs ſecus: vt ſupra titu. j. l. muto. §. j.

p Vel codicillis. teſtamento confirmatis: vt inſtitu. de codicil. §. j. vel fortè aliud in hereditate cum tractatur de ademptione.

q Certum tempus. trāſit igitur ad tempus in poteſtate tutoris, ſed non in poteſtate patris: vt ſupra de adopt. l. quęſitum. ſed alia eſt poteſtas vnius quàm alteri⁹. nam multis modis dicitur: vt. ĵ. de verb. ſign. l. poteſtatis.

r Et ſub conditione. dic teſtamento: vt inſtitut. quibus mod. tut. fi. §. ſed ſi ad certam.

ſ Leuiſſima. hoc in libertate.

t Nouiſſima. hoc fit in legato: vt. ĵ. de condi. & demō. l. quod traditum & l. ſeq. & dic vt ibi.

u Spectanda eſt. ſic infra eod. l. ſi hereditas. §. j. & hoc niſi prima deroget alij: vt infra de lega. j. l. ſi mihi & tibi. §. interdum. & de lega. iij. l. ſi quis. in princ. licet ſit arg. contra infra de codicil. l. diui. §. licet. & facit. C. de pact. l. pacta nouiſſima.

x SI nemo. Statim valent. id eſt tutor ſtatim eſt tutor, niſi fuerit datus poſthumo, quoniam incipit eo edito: vt. ĵ. eo. ſi nemo. §. fi. Item no. hîc inſpiciendum tempus aditæ hereditatis, an quis poſſit eſſe tutor: & ſic regula Catoniana non pertinet ad tutoris

---

* Flo. herede.

† Sic Flo. nec eos audio qui dicunt tollendam negationē.

† Ampliabis hanc. l. per. l. ij. §. filius. ĵ. ad Tertyl. vt poſſit intelligi in nondū natis. de quo in. l. precibus. C. de impu. & aliis ſubſtitu.

† An filij appellatiōe nepos veniat, pulchrè Alcia. li. parad. 3. cap. 14.

* Rectè ſic Florēt. perperam Haloād. poſteris.

* extiterit.

Tempus hereditatis aditę in tutoribus conſideratur.

Pendente aditione hereditatis poteſt dari tutor pupillo. Barto.

V. VLPIANVS *libro trigeſimoſexto ad Sabinum.*

SI hereditas nondum adita ſit, ex qua tutor ſperatur: verius eſt alium tutorem poſſe dari, [a] quaſi nondum ſit, nec ſperetur.

In tutelis attendimus nouiſſimam ſcripturam. Bartolus.

In tutelis teſtamentariis id ſequimur quod nouiſſimum eſt: & ſi ſæpius tutor [b] datus ſit, nouiſſimam ſcripturam intuemur.

Si nepos viuo auo incipit tenere locum ſui: ſicut confirmatur teſtamentum per.l. Velleiam, ita tutelæ datio. Bartolus.

Qui † filium, & ex eo nepotem habebat, ſi nepoti tutorem dederit, habet diſceptationem, an aliquo caſu nõ ſit vtilis datio: vtputa ſi proponas filiũ viuo patre deceſsiſſe, & nepotẽ ex eo ſucceſſiſſe [c] viuo auo. [d] Et fortiùs dicendum eſt tutelã quoq; è lege * Iunia Vellea confirmatã. Nam & Põponius libro ſextodecimo ex Sabino ſcripſit valere tutoris dationem. Cùm enim cõfirmatum ſit [e] teſtamentũ, conſequenter tutoris quoque datio valebit in eo teſtamẽto ſcripta, quod valet: id eſt vbi nepos vel heres inſtitut⁹ ſit vel nominatim [f] exheredatus ſit.

D

Inhabilis datus tutor, intelligitur datus cum fuerit habilis.

Si furioſus teſtamento tutor detur, ſi quidem cum furere deſierit, tutorem eſſe rectè datum Proculus exiſtimat. Quòd ſi datus ſit purè, negat Proculus valere dationẽ. Sed eſt verius, quod & Põponius ait, rectè videri datum: & tunc fore tutorem, cum ſapere cœperit. [g]

B

Seruus alien⁹ poteſt dari tutor ſub cõditione libertatis: & ſi ſimpliciter datur, in dubio videtur ei data fideicõmiſſaria libertas. B.

Seruus alienus ita dari tutor poteſt: *Si liber erit,* [h] *tutor eſto.* Quinimò & ſi purè datus ſit, videtur ineſſe hæc cõditio, *cum liber erit.* [i] Poteſt autẽ quis & extraneo ſeruo defendere ex hac cauſa fideicõmiſſariam libertatẽ. Quid enim intereſt, ſuum ſeruũ, an alienum tutorem ſcripſerit: [k] cũ pupilli fauore & publicæ vtilitatis adſumpta libertas ſit in pſona eius qui tutor ſcriptus eſt?

C Poteſt igitur & huic fideicõmiſſaria libertas defendi, ſi voluntas apertiſſimè non refragetur.

Spes teſtamẽtaria facit ceſſare legitimã, & locus erit datiuæ. Idẽ ſi teſtamentarius deſiit eſſe naturaliter vel ciuiliter iudice hoc principaliter agẽte. Secus ſi deſiit eſſe naturaliter vel ciuiliter iudice principaliter hoc non agente: quia tunc legitimus ſuccedit, ſed nõ ſuccedit ibi, ſi aliquis ex teſtamẽtariis ſuperuiuit. hoc dicit. B.

XI. IDEM *libro trigeſimoſeptimo ad Sabinum.*

SI quis ſub conditione vel ex die tutorem dederit, medio tempore alius tutor dandus eſt, [l] quãuis legitimum tutorem

---

dationem: ſicut nec ad legata vel hereditates: quorũ dies cedit ab adita hereditate: vt.j. de regu.Cato.l. antepenul. Sed quid ſi ſolus A pupillus eſt inſtitutus cui eſt tutor datus? Videtur perplexio ſiue inſolubile. Sed poteſt dici ꝙ auctoritate iudicis adeat. argu.C. de iure delib.l. ſi infanti. in fine. Vel dic quòd dabitur curator ad hereditatẽ adeundam: vt C.de adminiſt. tut.l. cũ quædã. vel dabitur ſibi alius tutor: vt habes expreſsè ſtatim.j.l. proxima, vbi ponitur hic caſus. & facit ad leg.iſtã.j. de bo. liber.l.iij.§. ſi patronus. & infra de manu.teſta.l. teſtamẽto. & l. ſi legato. &.j. ad Trebel.l. ita. §.ij. & ſi quis teſta.liber eſſe.l.j.§.ante aditã. & infra de cõtra tabul.l. illud. in principio. & infra.l. proxima. in princip.

SI *hereditas.*] CASVS. In teſtamẽto in quo inſtitui mihi heredem, dedi tutorẽ filio meo: heres differt adire hereditatẽ: & ſic non poteſt ĩterim adminiſtrare tutor. certè alius tutor dari poterit à iudice. Secũdò dicit quòd nouiſſima ſcriptura in tutoris datione inſpiciẽda eſt. Tertiò dicit: inſtitui mihi heredẽ filium meum in mea poteſtate cõſtitutũ, & filium ſuum ei ſubſtitui qui etiam erat in mea poteſtate: & ei meo nepoti tutorẽ dedi. certè ſi filius prædictus me viuo exeat de mea poteſtate, valebit tutoris datio: & cõfirmatur ex.l.Velleia. & quod dixi ĩ nepote ſubſtituto: idẽ eſt in eo qui inſtitutus eſt, vel exheredatus. [SI FVRIOSVS.] Dedi tutorẽ filio meo quõdam qui erat furioſus, cũ deſierit furere. certè valet datio. Si autem do eum ſimpliciter, erit tutor cũ furere deſierit: licet quidã dixerint nõ valere dationem. [SERVVS.] Seruum alienũ ita dedi tutorem filio meo: Stichus ſi liber erit, tutor ſit filio meo. certè bene valet datio. ſi autẽ ſimpliciter eum dedi, intelligitur cũ liber erit. & heres meus tenetur luere, & manumittere. Viuianus.

† Vide quæ ſcripſit in hũc. §. Alc. lib. Diſp.1. cap.20.

* In archetyp. legitur IVNA. Taurellus in adnot. Vide Alciat. lib.1. diſpunct. c.20.

a *Dari poſſe.* à iudice: & ſic datiua hîc præcedit teſtamentariam: cum teſtamentaria ſoleat omnes præcedere: vt.j.eod.l. ſi quis ſub conditione. dicam. & facit inſtit.de Attil.tut.§.idem ſi pure.

b *Tutor datus ſit.* vnus idémque. ſi primo purè, poſtea ſub conditione, vel econtra: vt.ſ.eo.l. tutor.§.fin. Vel dic, vnus atque alius. ſed in vltima ſcriptura prior ſit reprobatus. alioquin vterque erit tutor: vt.C.eo.l.ij. licet ſecus ſit in datione procuratorũ: vt ſupra de procura.l. ſi quis cũ.§. fina. [ADDITIO.] Tu dic ſecundum Barto. quòd licet fuit ſcriptus primò vnus, poſtea alius: tamẽ quia eodem tẽpore confirmantur, ideo valet datio vtriuſque. quæ ratio ceſſat in procuratore: vt not. per docto. in dicta.l.ij.C.eod.

c *Succeſſiſſe.* id eſt in locũ ſui patris deueniſſe, vt incipiat eſſe ſuus.

d *Auo.* vt inſtitu. de exhere. liber.§. poſthumorum. Vel dic viuo auo, ſcilicet tempore mortis filij, ſed poſt mortem ipſius aui.

e *Confirmatum ſit.* videtur hoc ſtare nõ poſſe. nam aut hic filius & nepos ex eo fuit inſtitutus, vel alter tãtùm. ſi vterque, malè videtur poni. cũ enim cõfirmatum &c. cum ſtatim teneat quod hîc dicit in fine, id eſt &c. nam videtur idẽ repetere, cum dicit, id eſt &c. ſi autem alter tãtùm, aut filius tãtùm: & tunc nepos ſiue ſit exheredatus, ſiue non: mortuo filio & viuo teſtatore deficit teſtamẽtum: cum nullus inueniatur in eo heres qui adire poſſit: ergo & tutela A deficit: vt ſupra eo.l. ſi nemo. aut nepos tãtùm: & tũc aut filius fuit exheredatus, aut non. ſi exheredatus, ſtatim valuiſſet datio tutoris, & malè diceret nepotẽ ex eo ſucceſſiſſe, & cõfirmatum teſtamentum. ſi fuit præteritus: ergo ab initio nullũ fuit teſtamentum: nec cõfirmatur, licet fili⁹ decedat viuo auo: vt inſtit. de exhereda. liber. in princip. licet ſecus ſit in poſthumo præterito: vt j.de iniuſto teſta.l. poſthumus. Si verò neuter, ergo nõ valuit teſtamẽtum, cũ nec alius fuerit inſtitutus: & malè omnia ponerẽtur quæ dicuntur in litera. Ad hoc reſpõd. quòd filius fuit inſtitutus, & nepos ei ſubſtitut⁹: & quod dicit cõfirmatũ, ſub.ex.l.Velleia. ſcilicet nõ ꝙ ab initio nullũ fuit: ſed quia niſi eſſet legis Velleiæ conſiliũ obſeruatũ, ruptum eſſet. vnde dic cõfirmatum, id eſt nõ ruptũ: vel dic confirmatũ, id eſt cõſeruatum. Azo. Item cõtraria hęc vidẽtur regulæ Catonianæ: vt.j.de reg.Cato.l.j. Sed nõ eſt: quia regula Cato. non ptinet ad nouas leges: vt.j. de regul. Cato.l.fina. lex autẽ Velleia noua eſt: vt.j.de libe. & poſthu.l. Gallus. §. ſi eius qui filiũ habebat.

Inſtit. qui teſtam.tut. dar.§.ſeruus autẽ alienus.

f *Vel nominatim.* debebãt autem mares nominatim exheredari: fœminæ poterãt inter cæteros: vt inſti.de exhere. libe. §.j. ſed hodie nulla eſt differẽtia: vt inſtitut. de exhere.libe.§.noſtra. ſecundũ Azo. Et dicas idem: ſed nõ per omnia idem. nam ſi fuit nepos inſtitutus vel cum filio, vel filius exheredatus, non cõfirmatur: ſed ſtatim valet mortuo poſtea auo. Item ſi fuit exheredatus vterque, & extraneus inſtitutus: mortuo poſtea auo ſtatim valet tutela: vt infra eo.l. ſi pater. ſi autem filius tantùm fuit exheredatus, tunc teſtamẽtum aui nullum eſt ſi præmoriatur filius auo: vt ſupra dixi. & facit ſupra eod.l.j. & infra de libe. & poſthu.l. filius à patre. &.l. ſi quis. Sed arg. contra infra de regu.iur.l.penul.

Inſti.de Atilian. tut.

g *Cœperit.* dic vt.ſ.titu.j.l. furioſus.not. & facit inſtitu.eo.§. furioſus. & ſupra de iudi.l.cum furioſus.

h *Si liber erit.* ſub eadẽ conditione põt heres inſtitui: vt.j.de cõdit. E inſtit.l.ſeruus alienus. Itẽ qđ dicit dari, dic à teſtatore: à iudice autẽ nõ: nec purè, nec cũ libertate: vt.C. qui tut.da.poſ.l.ĩ ſeruili. Accurſ.

i *Cum liber erit.* ergo tenet. Sed contra inſtitu.eod.§. ſeruus. vbi dicit nõ valere. Solu. non valet vt ſtatim adminiſtret, vt ibi: ſed cum liber erit, ſic: vt hîc dicit.

k *Scripſerit.* quaſi diceret, nihil. & hoc quantum ad ipſam libertatem & tutelam finaliter: ſed tamen in ſuo ſeruo directam, ſi fuerit ſciens. ſi ignorans, fideicõmiſſariam. in alieno ſemper fideicõmiſſariam: vt.C. de fideicommiſſ. liber.l. & ſi non adſcripta. & inſtitut. eodem.§.ſeruus. & facit.C.eodem.l. ſi pupillorum.

SI *quis ſub.*] CASVS. Si do tutorem ſub cõditione, interim alius dandus eſt à iudice, nec vindicat ſibi locum legitimus. nam & ſi teſtamẽtarius attingit tutelã, & poſtea captus ſit ab hoſtibus, vel remotus, vel excuſatus à tutela, nõ venit legitimus: ſec⁹ ſi mortuus ſit teſtamẽtarius, quia tũc bene habet locum legitimus. Viuianus.

l *Dandus eſt.* vt inſtit. de Atil. tut.§.j.

*Pupillus.*

pupillus habeat.[a] Sciendum eſt enim, quandiu teſtamentaria tutela ſperatur, †legitimam ceſſare. Et ſi ſemel ad teſtamẽtarium deuoluta fuerit tutela, deinde excuſatus ſit tutor teſtamentarius: adhuc dicimus in locum excuſati * dandum, non ad legitimum tutorem redire tutelã. Idem dicimus & ſi fuerit remotus. Nam & hic idcirco abit,[b] vt alius detur. Quòd ſi tutor teſtamento datus deceſſerit, ad legitimum tutela redit: quia hîc* ſenatuſconſultum[c] ceſſat. Planè ſi duo pluréſve fuerint tutores teſtamentarij: in locum eius qui deceſſit, vel in ciuitate[d] eſſe deſiit, poterit dari alius.[e] Cæterùm ſi nullus ſuperſit, vel in ciuitate ſit: legitima tutela ſuccedit.

Tutor nõ poteſt dari certæ rei: ſed perſonæ vel vniuerſitati. hoc dicit cum duab⁹ ll. ſequen. Barto.

XII. IDEM *libro trigeſimo octauo ad Sabinum.*

CErtarum rerum vel cauſarũ teſtamento tutor dari non poteſt,[f] nec deductis[g] rebus.

LIII. POMPONIVS *libro ſeptimodecimo ad Sabinum.*

ET ſi datus fuerit, tota datio nihil valebit:

XIIII. MARCIANVS *libro ſecundo Inſtitutionum.*

QVia perſonæ, non rei[h] vel cauſæ datur.

XV. VLPIANVS *libro trigeſimooctauo ad Sabinum.*

SI tamen tutor detur rei Africanæ,[i] vel rei Syriacæ, vtilis datio eſt. hoc enim iure vtimur.

Indefinita in ſingulari vel etiã in plurali prolata, in tutelis ęquipollet vniuerſali: non tamen cõprehendit eos de quibus conſtat teſtatorem nõ ſenſiſſe. Bartolus.

XVI. IDEM *libro trigeſimonono ad Sabinum.*

SI quis ita dederit, *Filiis*[k] *meis tutorem do*: in ea conditione eſt, vt tam filiis[l] quàm filiabus dediſſe videatur. Filiorum enim appellatione & filię cõtinẽtur.[m] Si quis filio[n] tutorem dederit, & plures filios habeat: an omnibus B filiis dediſſe videatur? & de hoc Põponius dubitat. Magis autem eſt, vt omnib⁹[o] dediſſe videatur.

Si quis liberis tutores dederit, vel filiis, & habeat quoſdã apud hoſtes: etiam ipſis dediſſe videbitur,[p] ſi nõ aliud apertè probetur teſtatorem ſenſiſſe. Si quis cũ ignoraret ſe filium Titiũ habere, filiis tutores dederit: vtrum his ſolis dediſſe videatur, quos in poteſtate ſcit, an ei quoq; quem ignorauit ſe habere? Et magis eſt C vt huic dediſſe non videatur, licet nomen filiorum admittat & ipſum: ſed quia de ipſo non ſenſiſſet, dicẽdum eſt ceſſare in perſonam eius dationem. Proinde & ſi certus fuit[q] filium deceſſiſſe qui ſupererat: idem erit dicendũ. Nec enim videtur ei dediſſe, quẽ obiſſe credebat. Si poſthumis dederit tutores, híque viuo naſcantur,[r] an datio valeat? Et magis eſt, vt vtilis datio fiat etiam ſi viuo eo naſcantur.

D Teſtamentarij non coguntur à iudice ſatisdare: ſed quandoq; poſſunt offerre vt ſoli adminiſtrent. ad quod admittuntur, niſi alij etiam offerant idonee, vel iudici cognoſcenti aliud videatur. quod ſi plures ſimul offerũt, idoneior eligitur. Bartolus.

XVII. IDEM *libro trigeſimoquinto ad Edictum.*

TEſtamento datos tutores nõ eſſe cogendos ſatisdare†

---

a *Pupillus habeat.* id eſt habere poteſt. ſic. j. de ſta. libe. l. Labeo.

b *Ait.* ſcilicet à tutela. aliàs, abiicit, ſcilicet iudex eum. & dic abiicit. i. remouet, vel excuſat. ſic. j. de legi. tu. l. tutela. §. quæri. & facit. §. ſi duo. & l. inteſtato. & j. eo. l. idem fiet. Accurſius.

c *Quia hic ſenatuſconſultum.* ſcilicet innominatum: vt ſupra titulo. j. l. complura. & dicebat quòd quandiu locus eſt teſtamentariæ, ceſſat legitima. Accurſius.

d *In ciuitate eſſe.* Not. æquiparatur mors ciuilis naturali. Item nota quod habenti tutorem datur tutor. ſic infra de excuſa. tut. l. propter. §. j. & not. ſupra titu. j. l. ſolet. Itẽ not. quòd teſtamentaria ſi eſt, excludit legitimam & datiuam: ſed ſi ea non eſt, legitima excludit datiuam. Tertiò ſuccedit datiua deficiente legitima. Sed quid ſi fuit teſtamentarius, & deſiit? Reſpõd. refert an remaneant reliquì: vt quia excuſatus eſt, vel remotus, & tunc datiua. an non: vt quia eſt mortuus naturaliter vel ciuiliter: & tunc aut aliquis alius teſtamẽtarius remanet: & datur datiuus. aut non: & tũc legitimus: vt hac. l. Item quid ſi fuit legitimus, & deſiit? Reſpõd. ſequens legitimus erit quocunque modo deſinat primus: & infra de legi. tut. l. tutela. §. fina. & l. ſequẽ. nã & datiuus iam datus reiicitur ſuperueniẽte legitimo qui prius non erat: vt infra de tute. & rat. diſtrahen. l. ſi tutor. §. j. multo magis impeditur dari dum eſt legitimus. Item quid ſi datiuus deſiit? Bene venitur ad legitimũ, ſi eſt: vel ad alium datiuum: vt argu. dicta. l. ſi tutor. §. j. Sed quid ſi mater deſiit quæ tutrix fuit? Reſpond. ſiue teſtamẽtariam, ſiue legitimam, ſiue datiuã dicas, habes reſponſionem ex præmiſſis. ſed qualisſit, not. C. quãdo tu. mut. offi. fun. authenti. matri. ſed hodie videtur quòd ipſa poterit petere quem vult ſi ſecundò nubat: vt in authẽ. de nupt. §. ſi autem tutelam colla. ij. & C. ad Tertyl. l. omnem. & C. qui pe. tu. l. matris. & facit. j. de adminiſt. tut. l. Lucius. §. penul.

† Concor. c. epiſcopũ nõ debere in alienã irruere ciuitatẽ. per to. 9. q. 2. & vide glo.

* aliũ dandum.

* Vide. l. pẽ. ſupra titu. proxim.

e *Dari alius.* vt enim heredibus hereditas non defertur ex teſtamento & ab inteſtato: ita teſtamentaria & legitima non ſe compatiuntur, ſed teſtamentarius cum datiuo ſic: vt hîc.

CErtarum.] CASVS. Ad vnum prædium non poteſt dari tutor, vel ad certam cauſam vel cauſas. & eſt ratio: quia perſonæ datur. tamen bene poteſt dari ad vniuerſitatem rerum certarum. & eſt ratio: quia perſonæ datur. & hoc dicit cum tribus. ll. ſequen. Viuianus.

f *Non poteſt.* quantùm ad hoc vt ita ſit tutor ſicut diſpoſuit teſtator: ſed integrè ad omnia erit tutor: vt ſupra tit. j. qui habet. §. fin. Azo & Hug. Sed lex infra proxi. dicit contra. & in. l. qui habet. eſt alius caſus. Item quod dicit, cauſarum, eſt contra. C. de in lit. dan. tut. l. ad litem. Sol. ibi tutor, id eſt curator: de quo conſtat: vt infra de tuto. & cura. da. ab his. l. vij.

A g *Nec deductis.* ſic. ſ. de vſu & habi. l. plenum. §. j. & infra de liberis & poſthu. l. cum quidam. Accurſius.

h QVia perſonæ, non rei. vt inſtit. eo. §. certæ. Sed contra inſtit. de excuſa. tut. §. datus. & j de adminiſt. tuto. l. cum plures §. cum tutor. Sol. ibi ſecundariò, principaliter non, vt hîc. in curatore econtra: vt. C. de nup. l. in copulandis.

i SI tamẽ. Rei Africanæ. hîc datur cuidã vniuerſitati: & ſic non obſtant. ll. pręcedentes.

SI quis ita.] CASVS. quinq; dicit. Primò ſi dedi filiis meis tutorẽ, videor dediſſe & filiabus. Secũdò dicit, ſi dedi filio meo tutorẽ non adiecto nomine filij, & plures habeo filios: omnibus videor dediſſe. Tertiò dicit quòd quãdo filiis meis tutorẽ do: videor etiam dare illi filio qui eſt apud hoſtes. Quartò dicit: credebã filiũ meum Titiũ mortuum eſſe, cum viueret, & dedi tutores filiis meis. certè illi non videor dediſſe. Quintò dicit: ſi do tutores poſthumis, & ipſi poſtea me viuo naſcantur, nihilominus valet datio. Viuianus.

k *Filiis.* ſecus ſi dixiſſet, filiabus: quia fœmininum non concipit maſculinum: vt. j. de leg. ij. l. ſi ita ſcriptum.

l *Tam filiis.* natis & naſcituris: vt ſupra eod. l. ſi quis. ſed ſi poſthumis dixerit, nõ continentur iam nati: vt infra de verborum ſignific. l. nomẽ filiarum.

m *Continentur.* ſicut fratrum appella. continetur ſoror: vt ſupra de pactis. l. tres fratres. Azo. & facit infra de verbo. ſignifica. l. ſi quis mihi. & l. filij appellatione.

n *Si quis filio.* non expreſſo proprio nomine. Azo.

o *Omnibus.* ſic infra de verbo. ſignific. l. Seruius ait. & infra de lega. j. l. qui filiabus. §. ſi quis. & de lega. iij. l. ſi plures. & E de lega. ij. l. ſi ita legetur. in princi. & infra ad Trebel. l. fina. Sed cõtra infra de libe. & poſthu. l. nominatim. Sed non obſt. quia exheredationes odioſæ ſunt: vt eodem titulo. l. cum quidam. H. Item facit in authen. vt liceat matri & auiæ. §. ad hoc. col. viij.

† Concor. gl. in verbo, & teſtimonio. ibi tuto ridato ĩ teſtamẽto ſuo ſufficit teſtimoniũ patris. c. epiſcopũ. 9. q. 2.

p *Videbitur.* ſi redeant: & hoc propter ius poſtliminij: vt argu. ſ. de adop. l. ſi pater. circa princip.

Exheredationes odioſæ ſunt.

q *Certus fuit.* facit ad hoc. j. de his quæ in teſtamen. delen. l. j. §. & ideo. & ſupra de cõtrahen. emp. l. fundi. & de trãſact. l. cum Aquiliana & j. de liberis & poſthum. l. Titius in princip. & C. de teſta. mili. l. ſicut. & l. ſi cum. & infra de ſupel. lega. l. Labeo.

r *Naſcantur.* videbantur contra, quia mentione poſthu. facta non continetur iam natus: vt infra de verb. ſignific. l. nomen filiarum. & facit infra de libe. & poſthu. l. commodiſſimè & C. de poſthu. heredi. l. fina. Accurſius.

TEſtamento.] CASVS. Tutores teſtamentarij non debent ſatiſdare rem pupilli ſal. fo. in caſu tamẽ habet locum ſatiſdatio.

UNED

ſi enim vnus de teſtamentariis tutoribus vult ſolus adminiſtrare, debet offerre ſatiſdationem cōtutoribus: & ſi contutores nolunt ſatiſdare ſicut & ipſe eis offert, ſolus adminiſtrabit ſatiſdando. Si autem volunt ſatiſdare in bonis ſicut ipſe, adminiſtrabunt cum eo. quandoque tamen etiam aliis volentibus ſatiſdare non admittitur ille ſolus qui offert ſatiſdationem: veluti quando turpis perſona eſt, & malè habuit ſe in tutela. Item & quādoque licet ipſe ſatiſdet, adminiſtrabūt alij cum eo non ſatiſdantes: veluti quando alij ſunt honeſtæ perſonæ. Sed pone quòd omnes tutores concordauerūt vt vnus ſolus adminiſtraret: venit vnus & offert ſatiſdationem. Item venit alius, & venit tertius. certè ille debet admitti qui eſt magis idoneus. Sed quid ſi quidam extraneus offert ſatiſdationem prædictam? certè non debet audiri. Dixit ergo quòd teſtamentarij non ſatiſdant, niſi ſicut dictum eſt. idem eſt in datis à iudice ex inquiſitione. hoc dicit vſque ad. l. ſi nemo. §. fina. quæ incipit, teſtamēto. Viuianus.

rem ſaluam fore, certo certius eſt.[a] Sed nihilo minus cum quis offert ſatiſdationem vt ſolus adminiſtret, audiendus eſt, vt edicto cauetur.[b] Sed rectè prætor etiam cæteris detulit hanc conditionem, ſi & ipſi velint ſatiſdare. Nam & ſi ipſi parati ſunt ſatiſdare, non debent excludi alterius oblatione: ſed impleta videlicet ab omnibus ſatiſdatione, omnes gerent: vt qui contentus eſt magis ſatis accipere quàm gerere, ſecurus eſſet. Non omnimodo autem is qui ſatiſdet, præferendus eſt. Quid enim ſi ſuſpecta perſona ſit vel turpis cui tutela committi nec cum ſatiſdatione debeat?[c] Vel quid ſi iam multa flagitia in tutela admiſit?[d] Nonne magis repelli & reiici à tutela, quàm ſolus adminiſtrare debeat? Nec ſatis non dantes temerè repelluntur: quia plerumque bene probati & idonei atque honeſti tutores, etiam ſi ſatis non dent, non debent reiici: quinimò nec iubendi ſunt ſatisdare. Duplex[e] igitur cauſæ cognitio eſt. Vna ex perſona eius qui obtulit ſatisdationem, quis & qualis ſit. Alia contutorum, quales ſunt: num fortè eius exiſtimationis[f] vel eius honeſtatis ſint, vt non debeant hanc contumeliam ſatisdationis ſubire.

XVIII. CALLISTRATVS *libro tertio Edicti monitorij.*

QVòd ſi plures ſatisdare parati ſint, tūc idonior[g] * pręferendus erit: vt & tutorum perſonæ * inter ſe & fideiuſſorum comparentur.

Extraneus volens ſatisdare, nō repellit tutores ab adminiſtratione. Bartolus.

XIX. VLPIANVS *libro trigeſimo quinto ad Edictum.*

a *Certius eſt.* vt. C. de tut. vel cura. qui ſatis nō de. l. penul. & inſtitu. de ſatiſda. tuto. §. j. & C. de epiſc. audien. l. de creationibus. Hug.

b *Cauetur.* ſed hęc facultas oblationis ſatiſdandi non eſt in patronis, ne ſpes ſucceſſionis deminuatur: vt infra de legiti. tut. l. legitimos. §. penult.

c *Debeat.* vt & infra de ſuſpe. tuto. l. ſuſpectus. & l. quia.

d *Admiſit.* ſic infra de ſuſpe. tut. l. iij. §. ſinautē. & de re mili. l. non omnes. §. à barbaris.

e *Duplex.* ſic ſupra de arbi. l. Celſus. Hug.

f *Exiſtimationis.* i. famæ. ſic infra de var. & extraordi. cog. l. penul.

g Q*Vod ſi plures. Idoneior.* ſic infra de leg. j. l. huiuſmodi. §. fin. & de accuſa. l. ſi plures. & de libe. ho. exhi. l. iij. §. hoc interdictū. & C. communia de lega. l. fina. in princi. & j. de collat. do. l. fi. ſic. j. de dam. infec. l. in reficiendo. Sed argu. contra ſupra de iudi. l. in tribus. & de vſufru. l. æquiſſimum. in prin. & l. quoties. & j. de adminiſtra. tut. l. iij. in fi. ADDITIO. Dic ſecundum Bar. quòd ibi nemo offerebat ſatiſdationem.

* idoneior.

* Flo. perſona.

S*I nemo.*] CASVS. in hac. l. patet ex caſu præcedenti vſque ad. §. teſtamento. [TESTAMENTO.] Inſtitui mihi poſthumum meum heredem, & ei ſubſtitui Titium. Item dedi ei tutorem Sempronium. certè Sempronius non erit tutor antequam poſthumus naſcatur: & ſi poſtea non naſcatur, & ſic habeat ſubſtitutus hereditatem: de iis quæ adminiſtrauit Sempronius, tenetur ſubſtituto vtili act. nego. geſto. Quid ſi poſthumus naſcatur, & habeat ſubſtitutum: poſtea hic tutor qui geſſerat ante natiuitatem poſthumi, fuit remotus à tutela antequam inciperet gerere poſt natiuitatem eius? certè adhuc tenetur pupillo vtili actione prædicta. ſi autem adminiſtrauit & ante natiuitatem & poſt, de vtraque geſtione tenetur actione tutelæ: quod eſt mirabile. Viuianus.

h *Non eſt audiendus.* Argu. contra. C. communi diui. l. iij. in fine. ADDITIO. Dic quòd hîc fuit electa induſtria perſonæ: quæ ratio ibi ceſſat ſecundum Bar.

SI nemo tutorum prouocet ad ſatiſdationem, ſed exiſtat quidam qui tutor non eſt, deſiderétque * vt aut ſatisdent tutores, aut ſi non dent, parato ſibi ſatisdare committant tutelam: non eſt audiendus.[h] Neque enim aut extero committēda tutela eſt: aut teſtamento da-
B ti tutores contra ius ſatisdationi ſubiiciēdi ſunt. Hoc edictum[i] de ſatisdatione[k] ad tutores teſtamentarios pertinet. Sed & ſi ex inquiſitione dati ſint tutores, Marcellus ait & ad hos pertinere hoc edictum,[l] & id oratione etiam diuorum fratrum ſignificari. ideóque & illi clauſulæ[m] ſunt ſubiecti, vt ſi cui maior pars tutorum decernat, is gerat, quē maior pars eligat: quamuis verba edicti ad teſtamentarios per-
C tineant.

* Flo. deſiderarétque.

De eo quod quis gerit antequā naſcatur poſthumus, tenetur actione nego. geſt. ſi verò poſt eū natum gerat, in actionem tutelæ deuoluitur. Bartolus.

Teſtamento datus poſtúmo tutor, nondum eſt tutor, niſi poſtumus edatur. datur tamen aduerſus eum ſubſtituto pupilli negotiorum[n] geſtorum actio. Sed ſi partus editus fuerit, deinde hic tutor prius quàm quicquā
D gereret, remotus à tutela fuerit: & hic eadem[o] actione tenebitur. Si quid planè geſſit poſt editum partum: de eo quoque quod ante geſſit, tutelę iudicio tenebitur: & omnis adminiſtratio in hac actione veniet.[p]

XX. PAVLVS *libro trigeſimo-octauo ad Edictum.*

2 TVtor † incertus[q] dari non poteſt. Teſtamento quēlibet poſſumus tutorē dare, ſiue is prætor, ſiue conſul ſit:[r] quia lex duodecim tabularū id cōfirmat.
E

i *Hoc edictum.* cuius verba non habemus.

k *De ſatisdatione.* ſcilicet non exigenda: vt & ſ. l. teſtamento. j. reſpō.

l *Hoc edictum.* nam & hi non ſatiſdant, quia idonei ſunt electi: vt inſtitu. de ſatiſda. tut. §. j. ſoli ergo legitimi & datiui ſine inquiſitione ſatiſdant.

m *Clauſulæ.* eiuſdem edicti vel alterius. & facit ad. §. j. de leg. iij. l. iij. & iiij. & v. & j. de admini. tu. l. iij. §. pe.

n *Negotiorum.* vtilis: vt j. de tuto. & ra. diſtra. l. penul. & de eo qui pro tuto. nego. geſſ. l. j. §. ſi quis. & ſupra de nego. geſt. l. neque. §. in hac. & l. cum pater.

o *Eadem actione.* nego. geſt. & vtili. Hug.

p *Veniet.* ſic. j. de rebus dub. l. quędā. & ſ. ſi cer. pet. l. proinde.

T*Vtor incertum.*] CASVS. Primò pone exemplum: vt infra eo. duo ſunt. Secūdò dicit: quòd nō ſolùm pretor, ſed etiam conſul poteſt in teſtamēto dari. Tertiò dicit quòd illi demū poſſunt tutores in teſtamento dari, qui ex teſtamento capere poſſūt. Quartò dicit quòd ſi teſtator tutorem ſeruum dedit quem liberum putauerat, nihil agit. Quintò dicit quòd incerto pupillo non poteſt dari tutor: cerro autem ſic. & ponit exempla. Sextò dicit quòd ſi pupillus habeat plures tutores, & cum vno eorum vult agere: poteſt auctoritate alterius, & non eſt neceſſe quòd detur curator. Septimò dicit quòd tutor duorū pupill. poteſt ſe exonerare ab vnius tutela, & alterius erit tutor. h. d. vſque ad legem, iure noſtro. Viuianus.

† Sic etiā nō poteſt fieri cōpromiſſū de incerta perſona: vt in. c. innotuit. in fi. cū gloſ. 2. poſt prin. extra de arbitr.

q *Tutor incertus.* eriam ſubaudi. Et nota quòd certus debet eſſe tutor: vt inſt. de lega. §. tutor. & infra eo. l. duo. & certus ille cui datur: vt infra eo. l. tutor. Item certus procurator: vt ſupra de procura. l. dummodo. Et certus qui inſtituitur heres: vt infra de hered. inſtit. l. in tempus. §. quoties. Et ille cui legatur: vt inſtitu. de leg. §. incertis. Nec ob. j. de reb. du. l. quidam. quia ibi bene certus intelligitur legatarius. Item non ob. C. de epiſ. & cle. l. id quod. & l. nulli. & l. ſi quis ad declinandam. quia ſpecialia ibi fauore pauperum & captiuorum.

r *Conſul ſit.* poſſunt tamen ſe excuſare: vt inſtit. de excu. tu. §. & qui poteſtatem. at iudex non poſſet dare niſi ſibi ſubiectum: vt not. ſupra de tut. l. etiam.

Teſtamento,

XXI. IDEM *libro octauo Breuium.*

TEſtamento [a] tutores hi dari poſſunt, cũ quibus teſtamenti factio eſt [b].

Qui relinquit tutorem ſeruum quem putabat liberum, non videtur libertatem ei dare. Bartolus.

XXII. VLPIANVS *libro quadrageſimo quinto ad Edictum.*

b *Decernet*. vt tamē caueat cęteris, & ſic adminiſtret ſol[9]. ſed ſi nō decernat, tamē quod vn[9] fecerit, ratū eſt: quia videtur ali[9] cōſentire, niſi diſſentiat: vt. j. de cura. fu. l. cōſilio. §. penult. & fina. & facit. C. ſi vn[9] ex pluribus. l. j. & infra ead. l. §. quod in tutoribus. &. §. apparet.

c *Putauit*. vt inſti. de ſatiſda. tu. §. j.

d *Teſtamento*. minus legitimè facto.

e *Confirmauit*. quod debuit: vt ſupra de confir. tut. l. ij.

f *Honorarios*. ſed cū iſti teneātur rationes ab aliis exigere: vt infra ſubiicit: ergo non ſunt honorarij: vt ſupra de teſta. tutel. l. iure noſtro. §. j. quę eſt contra. Solu. impropriè dicitur hîc honorarius. Vel dic quòd ibi adminiſtrabat cum aliis, & etiam rationem ab eis exigere debebat: hîc non adminiſtrabat. & dic quare dicitur honorarius, vt ibi not. & facit infra de ſol. l. quòd ſi fortè. §. j. vbi dicuntur tria genera tutorum.

g *Redundare*. ſi habeas non, bene eſt: nam redundat: vt. j. ſubiicit. &. s. de ritu nupt. l. ſi quis tutor. §. quid ergo ſi honoris cauſa. prius conuento alio: vt. C. ſi tu. non geſ. l. j. & de pericu. tut. l. j. & etiam magiſtratu ſecundum nos. ſi habeas ſine non, dic ſcilicet ad præſens: redundat tamen poſt conuento alio, & magiſtratu: ſed videtur quòd poſſit eligere etiam non gerentem prius: vt infra de cura. bo. dan. l. ij. §. fina. Solu. ibi in curatoribus rerum, hîc in tutoribus vel curatoribus perſonarum. Vel ibi à creditoribus. hîc propter geſtionem ſecundum P. Vel illa ſecūdum iſtam: vt ibi no.

h *Exigere*. extra iudiciū. nam in iudicio non poteſt durāte tutela cō tutoris: ſed aliter in curatoribus diſtinguitur: vt infra eod. l. cum plures. & l. actus. & l. cum curatore.

i *Ad prædiorum*. ſic. j. e. l. ita autem. quæ huic. §. continuatur.

k *Oſtendimus*. hoc. §.

l *Ignorante*. ſi enim cōperiſſet, veriſimile eſt quòd mutaſſet. & facit ſupra de teſta. tute. l. pater. & de confir. tu. l. vtilitate. Azo.

m *Adiungendos*. propter latè diffuſū patrimoniū: vt. C. in qui. caſi. tu. ha. l. ppter. & quādoque iungūtur cōtutores: vt infra de excuſ. tu. l. propter. & ſupra de tute. l. ſi quis tutor.

n *Secuti*. ſic. j. eo. l. quidam. §. vſqueadeo.

o *Igitur*. inceptiuè ſumitur, non illatiuè. vel dic illatiuè: quia cōprobando voluntatem patris in hoc: vt hîc, &. s. l. j. §. j. ſatis videtur velle per vnum geri, etiam ſi pater non dixit.

p *Adminiſtretur*. cū pater hoc dixit: qppe, &c.

q *Facilius*. vnde verſus: Segnius expediunt cōmiſſa negotia plures. & facit. j. de no. oper. nun. l. ſtipulatio. §. pe. &. s. e. l. j. in princ. & in authē. de here. ab inteſta. §. ex his. colla. ix. in fin. & ſupra de orig. iur. l. ij. §. nouiſſimè. &. j. de cura. fu. l. cui bonis. §. fi. & inſtit. de ſatiſda. tu. §. j. &. s. de exerci. l. ij. &. j. eo. l. decreto. §. fi. Accurſius.

r *Nolet*. ſ. electus.

ſ *Is gerat*. Poteſt etiam cogi electus: vt. s. eo. l. j. in pric. Et not. etiā maiori parti fore ſtādum. ſic s. de pac. l. & ſuum. §. fina. & de ven. inſpi. l. j. §. j. & infra de ſepulcr. vio. l. iij. §. ſi plures. &. j. de reg. iur. l. aliud. §. refertur. & infra ad muni. l. quod maior. & ſupra quod cuiuſque vniuerſi. l. nulli. & ſupra depoſi. l. ſi plures. & inſti. de ſatiſda. tu. §. j. Itē ſi non inuenitur maior pars, quòd iudex eligit, ad quod. C. de iudi. l. fi. & de iureiur. l. iuſiurandum. §. ſi de qualitate. &. C. de nupt. l. j. & facit. j. de leg. j. l. huiuſmodi. in fi.

t *Conuocari*. ſic in auth. de hered. ab inteſta. §. pe. in fi. coll. ix.

u *Eis omnibus*. ſic. s. de legi. tu. l. legitimos. §. pe. in fi. §.

x *Diſtributur*. à prætore. & facit. j. eo. l. actus.

† In quātum dicit hic textus cōmitti vni ex pluribus tutoribus vel curatorib[9] adminiſtrationem: limitabis per l. legitimas. §. in legitimis. s. de legi. tutor. ſcilicet vt intelligatur hæc lex proximiori & magis affecto pupillo committi adminiſtrationem.

† Bud. l. vnica. s. de offi. quæſt. tribunorum, inquit, ęrariorū (quos receptores generales appellamus) atque coactorū (qui receptores particulares nūcupātur) obſeruatores cuſtodéſque ſunt, quos hodie contrarotulatores dicunt antigraphei à Græcis nominātur: actáque eorū antigrapha quaſi cōtraſcripta, &c.

* perpenſo.

† Hinc Iſocrates cēſebat rempu. vnius principis imperio quàm populi adminiſtratione rectius gubernari. Stobęus ſer. 47.

Maiori parti ſtandum eſt.

VEl in partes, vel in regiones. & ſi ita fuerit diuiſa,[a] vnuſquiſque exceptione ſummouebitur pro ea parte[b] vel regione quam non adminiſtrat.[c]

Dictum determinatur ſecundum ſuam cauſam. Bartolus.

v. IDEM *libro trigeſimoquinto ad Edictum.*

ITa autem[d] depoſitioni pecuniarum locus eſt, ſi ea ſumma corradi (id eſt colligi) poſſit, vt comparari[e] ager poſſit. Si enim tam exiguam eſſe tutelam facilè probatur, vt ex nummo[f] refecto prædium puero comparari non poſſit: depoſitio ceſſat. Quæ ergo tutelæ quantitas depoſitionē inducat, videamus. Et cum cauſa depoſitionis exprimatur, vt prædia pupillis cōparentur: manifeſtum eſt, vt ad minimas ſummas non videatur pertinere, quibus modus[g] præfiniri generaliter non poteſt: cum facilius cauſa cognita[h] per ſingulos[i] poſſit examinari. Nec tamen auferēda facultas eſt etiam minores ſummas interdū deponi poſtulare,[k] ſi ſuſpecti tutores[l] eſſe videātur.

Geſſiſſe dicitur qui modicum attigit per ſe vel per alium: & ſi ceſſat, vt ſuſpectus poterit accuſari: & qui non geſſit, tenetur vtili. Bartolus.

Geſſiſſe[m] autem videtur tutor qui quid omnino pupillare attigit, etiam ſi modicum: ceſſantq; partes eorum qui ſolent ceſſantes cogere adminiſtrare. Quòd ſi poſtea quam geſſit,[n] tūc ſe geſtu abſtinuit: etiam ſuſpecti poſtulatio[o] ſuccedit. Quòd ſi quis tutelam mandauerit gerēdam, geſtaq; fuerit ab eo cui mandatum eſt: locus erit tutelæ actioni. videtur enim geſſiſſe, qui per aliū[p] † geſſit. Quod ſi non acceſſit is cui mandatum eſt: vtili[q] actione[r] conuenitur.

Debitum ex alia cauſa deuoluitur in actionem tutelæ. Bartol.

Debitor patris qui[ſ] tutelam adminiſtrauit filij, tutelæ iudicio
B tenebitur[t] etiam ob id quod patri debuit.[u]

Tutor finita tutela tenetur admonere minorē vt petat ſibi curatorem: aliàs tenetur. Bartolus.

Si tutor pupillū ſuum puberē factum non admonuerit[x] vt ſibi curatores peteret (ſacris enim cōſtitutionibus hoc facere iubetur qui tutelā adminiſtrauit) an tutelæ iudicio teneatur? Et magis puto ſufficere tutelæ iudiciū, quaſi cōnexum ſit hoc tutelæ officio,
C quamuis poſt pubertatem admittatur.[y]

Poſt cōpletam tutelam vel curam cogitur quis litem cœptam perficere: niſi inſtrumenta litis & rationes reddiderit. Bartolus.

Poſt completum[z] viceſimumquintū annū ætatis, ſi nondū rationes redditæ ſunt, nec ad cauſam inſtrumenta pertinētia: fidei ac verecundiæ curatorū conuenit, vt conſilio ſuo[a] cœptā litem perficiant. Si igitur ceſſent in his
D quę cōſtituta ſunt faciēdis, magis puto ſufficere negotiorū geſtorū iudiciū, etiam* ſi actū eſt:[b] ſi tamē huius rei ratio reddita nō eſt.

Si relinquitur liberatio à reddēdis rationibꝰ, nihilo minus tutor de dolo tenetur, qui non poteſt remitti: ſecus ſi de dāno quod ſua culpa ſentiret. h.d. cōcordat. l. ſi ſeruus vetitus. de lega. I. Bart.

---

a VEl in partes. *Diuiſa.* ſcilicet prætore auctore.

b *Pro ea parte.* vnuſquiſque tamē ex omni cauſa etiam quam
A non adminiſtrat, conuenitur: vt. j. eo. l. inter. in fi.

c *Non adminiſtrat.* Illud tamen not. quòd ſi cauſa eſt agenda in regione mihi deputata pro rebus tibi cōmiſſis, illam ego proſequor: vt infra eo. l. tutores qui poſt. §. heres. niſi in tua regione agere poſſis: vt infra eo. l. Titium. §. tutores. Azo. & facit ad. l. iſtam. C. ſi ex plu. tut. l. ij. & de aucto. præſtan. l. fina. & de peri. tut. l. ij. & infra eo. l. ſi duo. in fi.

ITa autem.] CASVS. Dictum eſt ſupr. l. iij. §. & ſi pecunia. quòd tutores debent deponere pecuniā pupillarem ad prædiorum cōparationem. quæ autē ſumma debeat deponi, planè hoc dicit litera vſque ad §. geſſiſſe. ibi autem ponitur talis caſus: Dictū eſt ſupra eod. l. j. in princip. quòd tutor ſolet cogi gerere: nunc dicit ꝙ ſi incipiat gerere etiam aliquid modicum, non habet locū coactio. ſed ſi deſinat gerere poſtquā incepit, poterit remoueri vt ſuſpectus. Quid ſi tutor mādauit cuidam extraneo tutelam gerendā? Certè aut ille extraneus adminiſtrauit, aut non. primo caſu tenetur tutor pupillo finita tutela directa actione tutelæ: ſecundo vtili.

[DEBITOR.] Si debitor meus gerat tutelam filij mei, debet à ſe exigere: & ſi non fecit, tenetur act. tutelæ. Secūdò dicit quòd pupillo pubere facto tutor eius quondā debet eum admonere vt petat ſibi curatorem: & ſi nō faciat, etiam de hoc omiſſo tenetur act. tutelæ. Tertiò dicit: Curator adulti litem incepit nomine ipſius adulti: pendente lite finita eſt cura. certè tenetur curator finire dictam litem, niſi reddiderit rationem adulto quondam, & reddiderit inſtrumenta dictæ cauſæ. & ſi non perficiet litem, tenetur ob hoc act. neg. geſt. etiam ſi iam actum erat dicta act. contra eum. Viuianus.

d *Ita autem.* hæc continuatur cū ſuperiore. l. iij. §. fi. in fi. §. Azo.

e *Comparari.* poſt depoſitionem enim pecuniæ cōparari ager debet: quod ſi neglexerit, in vſuras adſtringitur: vt. j. eod. l. tutor qui §. ſi poſt. & l. ſi tutor conſtitutus. Azo.

f *Nummo.* id eſt nummis: vt. j. de verb. ſigni. l. in vſu.

g *Quibus modis.* id eſt prædictis modis non poſſumus ſcire quantitatem pecuniæ deponendæ. ſic ſupra de teſti. l. iij. §. j. & de vſuris l. mora. & facit in authen. vt. ij. qui. §. pe. colla. vj.

h *Cauſa cognita.* attento eo quanti ſunt prædia venalia, vel quæ ſuſpicantur venalia futura.

i *Per ſingulos.* ſcilicet tutores.

k *Poſtulare.* ſ. contutores. vel dic quēlibet de populo qui perpenſa pietate petit: vt in ſuſpecto tut. vt inſti. de ſuſp. tu. §. cōſequēs. Azo.

l *Tutores.* qui pecuniam pupillarem collegerunt.

m *Geſſiſſe.* exponit verbum gerere, quod eſt in prin. j. legis.

n *Poſtea quàm geſſit.* id eſt gerere inchoauit. & dic, non ante: vt infra de ſuſpe. tu. l. hæ enim. §. fina.

o *Poſtulatio.* quaſi dicat, actio tutelæ, finita tutela tamen: non autem coactio: vt. ſ. l. proxi. & j. de auct. tu. l. ſi tutor qui.

p *Per alium.* No. qui per aliū facit, ipſe facere videtur. ſic. ſ. de neg. geſt. l. iij. §. fi. & l. nam & Seruius. & C. de neg. geſt. l. iiij. & j. de here. inſti. l. ij. & ſ. quod cuiuſq; vniuer. l. itē. §. j. & j. de vi & vi ar. l. j. §. deieciſſe. Sed arg. cōtra in eo. tit. l. cū fundū[a] & de cōtrahen. emp. l. qđ ſæpe. §. ſi quis[b]. & de adopti. l. poſt mortē. §. j.[c] & C. de iis qui ve. æta. īpe. l. ij.[d] & j. de acquir. here. l. Paulus reſpondit per procuratorem. & §. de trāſac. l. cū hi. §. fi.[e] & ſ. ad. l. Aquil. l. liber hō ij. reſpon. ADDITIO. Dic ꝙ hoc eſt pro, quia ibi vterq; tenetur: vt ibi patet ſecundum Bart.

q *Vtili.* ſcilicet tutelæ ꝙ mādauit: ſicut qui nō geſſit. nā qui non geſſit, tenetur vtili, nō directa: vt. j. rē pupil. ſal. fo. l. nō quaſi. §. j. & ad hoc. ſ. man. l. ſi procuratorē. §. ſi tutores.

r *Actione.* hoc apertius notatur per exemplū. j. eo. l. tres tutores.

ſ *Qui.* ſ. debitor.

t *Tenebitur.* ſi à ſe nō exegit. & ſic prima actio cōuertitur in actionem tutelæ: quia interfuit pupilli: vt. ſ. de neg. geſt. l. diuortio.

u *Debuit.* ergo & naturaliter ſolū debitū à ſe debet exigere. ſed dic vt j. e. l. quoties. §. itē ſi temporali. & ſ. de peti. here. ſiue poſt. §. iuſtū. & j. de ſol. l. Stichū. §. aditio. Az. & facit. ſ. de nego. geſt. l. ſi pup. §. fi. & l. ſinautē. & j. de tu. & ra. di. l. ſi tutorem. & l. ſi poſt.

x *Non admonuerit.* quid ſi admonuit, & ipſe noluit? Reſpō. excuſatur tutor, quia inuiti adoleſcētes curatorē nō accipiūt: vt inſtitu. de cur. §. item. Azo.

y *Admittatur.* ſi habes ſine d, dic, id eſt derelinquatur. ſi cū d, dic. ſ. admonitio. ſi vis exponere admittatur, id eſt recipiatur, debet etiam eſſe d. ſi exponatur, id eſt cōmittatur, tunc poteſt eſſe ſine d. & facit ad hunc. §. & ad ſeq. C. arbi. tut. l. tutor. &
E dic vt ibi not. & j. eo. l. à tutoribus. §. j. & j. de fideiuſ. tu. l. j. & j. de tu. & ra. diſtra. l. ſi tutorem. & l. ſi tutor reipublicæ. §. ſi teſtamento. & l. ſi tutor poſt. & j. eo. l. tutor qui. §. j. Accurſius.

z *Poſt completum.* hic eſt. §. ſed quidam non habent.

a *Conſilio ſuo.* ſcilicet tutoris quondam. Azo.

b *Actum eſt.* actione negotiorum geſtorum: ſecus in actiōe familiæ erciſcundæ: vt. C. de neg. geſt. l. iij. & ſ. familiæ erciſ. l. ſi filia. §. familiæ. Azo. & facit. C. qui pe. tu. l. admone. & C. vt cauſę poſt pu. aſſit tu. l. j. & j. de appel. l. negotiorū. §. fi. & l. tutor. in fin. & C. de peri. tu. l. fi. & de iudi. l. ij. & j. e. l. tutores. §. tutores. Accur.

[*Quidam.*] CASVS. Teſtator dedit tutores filiis ſuis, & dixit, nolo quòd reddant eis rationem tutelæ. certè nihilo minus tenentur tutores de dolo. ſed ſi teſtator vult eis remittere rationē & quantū ad dolū, & quātum ad omnia alia, ita dicat: Si quod dānum ſuſtinuerit dicti tutores ex tutela filiorū meorū: eis lego. [PAPINIANVS SCRIBIT.] Pater dās tutores filiis ita dixit: Volo ꝙ adminiſtretis

---

† Cōcor. gl. 2. in fi. in c. literas. extra de reſcrip. & regula iuris, qui per aliū. de reg. iur. lib. 6.

a] Solue vt ibi patet ſecundū Bart.
b] Dic quòd ibi in abſentia vēdidiſſe nō videtur: ſed ī præſentia ſic, ex quo per aliū facit ſecundum Bar.
c] Dic ſecūdum Bar. ꝙ fallit ibi: quia adoptio non eſt in adminiſtratione: vt infra de manu. l. ſeruus furioſi. Dy.
d] Dic quòd etiam fallit ibi: quia venia ætatis datur rationę induſtrię quæ magis apparet cū petit per ſe quàm ſi peteret per alium, ſecundum Dy.
e] Dic quòd non eſt pro nec contra, ſecundum Bart.

* Deeſt in archetyp. Sic tamē legendū eſſe ait Taurell.

niſtretis conſilio matris pupillorum. certè non tenentur ſeruare hanc voluntatem. ſi tamen mater det eis bonum conſilium, bene facient ſi admittant.non ſolùm autem in iſto caſu non tenétur voluntatem teſtatoris ſeruare, ſed etiam in aliis: vt litera dicit planè. [EX QVO.] Ex quo tutor ſcit ſe datum tutorem,ſtatim debet adminiſtrare.& ſi hoc nõ facit,tenetur.& non facit vim quomodocunque, ſciat modo. ſed ſi dicat ſe neſciuiſſe: pupillus debet eũ probare ſciuiſſe.præſumitur enĩ ignorantia. Viuianus.

Iulianus libro viceſimoprimo digeſtorum huiuſmodi ſpeciem proponit: Quidam decedens [a] filiis ſuis dederat tutores,& adiecerat, *Eoſque aneclogiſtos* [b] * *eſſe volo*. Et ait Iulianus,tutores niſi bonam fidem in adminiſtratione præſtiterint, dãnari debere, quãuis teſtamento comprehẽſum ſit vt aneclogiſti eſſent: nec eo nomine ex cauſa fideicõmiſſi quicquam conſequi debebunt, vt ait Iulianus. & eſt vera iſta ſentẽtia. Nemo enim ius publicum [c] remittere poteſt huiuſmodi cautionibus [d], nec mutare formam antiquitus conſtitutam †. Damnum verò quodcunque ex tutela quis ſenſerit [e],& legari,& per fideicõmiſſum ei relinqui poteſt.

Si tutor iubetur gerere de conſilio eius qui non poteſt eſſe particeps officij, de honeſtate illud requirit:ſed non tenetur ſequi:ſicut aliàs quando à voluntate defuncti receditur.Bartolus.

Papinianus libro quinto reſpõſorum ita ſcribit:Pater [f] tutelam filiorum conſilio matris geri mãdauit [g], & eo nomine [h] tutores liberauit. Nõ idcirco minus officium tutorum integrũ [i] erit: ſed viris bonis conueniet [k] ſalubre cõſiliũ matris admittere: tametſi

* id eſt rationib⁹ reddendis ſolutos.

a *Quidã decedens*. aliàs lex.aliàs.§.Accurſius.

b *Alogiſtas*.a ab a,quod eſt ſine: & logos,quod eſt ſermo,quaſi non teneãtur ſermocinari vel reſpondere pro geſtione.inde logiſta,id eſt rationalis,qui tenetur reddere rationem: qui vocatur procurator Cęſaris:vt.C.de modo mul. l. curator. vel ſecũdum quoſdã alogi, quaſi remoti eſſent à ratiocinationibus.

Nam pupillorum cauſa eſt communis omniũ, vt ait. Cic. act.3.in Ver.

† Iiſdẽ verbis vtitur glo. in. c.cũ dilectus. ſuper verb.cõſtitutum.extra de conſuetu.

c *Ius publicum*. ſic infra de le. j. nemo. & ſupra de teſta. tu. l. iure noſtro.& C.de condit.inſer. l. ij. &.j. de libe.& poſthu.l.ſi ita §.fi.& cõſonat huic.l.C. de trãſactio.l.ſub prætextu.& ſupra de pactis.l.ſi vn⁹. §.illud.& quod ibi not. &.s.de neg. geſt. l. Põponius. vbi dicit, nuda voluntas.& s. de tranſactio.l.qui cum tutoribus.in fi.Hug.

d *Huiuſmodi cautionibus*.id eſt cautelis.

e *Senſerit*. Leui culpa, nõ dolo:vt in prædicto caſu: ad quam leuem culpam fit hîc relatio. idémque & ſi exprimat hoc idem defunctus.nec enim præſtabitur ex cauſa fideicommiſſi tutori quod dolo fecit:licèt hæc lex innuat contrarium.

f *Pater*.aliàs eſt.§.Papinianus.aliàs lex,Pater,&c.Azo.

g *Mandauit*.in teſtamento ſuo in quo eis tutores dedit.Azo.

h *Eo nomine*.id eſt,quia matris conſilio geſturi erant.vel dic,id eſt, nomine tutelæ.Azo.

i *Integrum*.quia & ſine matre gerere poſſunt:vt.infra eo.l.Titium. §.j. Sed contra.eſt principium eiuſdem.l.Titium.ſed ibi erat tutor, & eſſe poterat conſiliator: hîc non: vt ſuprà de teſta.tu.l.iure noſtro.& eodem modo reſpon.ad.l.ſupra de exerci.l.j.§.ſi plures.quę eſt contra:vt & ibi dixi.

k *Conueniet*.ex honeſtate ſic.C.de neceſ.ſer.l.quidam.§.illo.

l *Liberatio*.facta à defuncto,quę non valet:vt ſubiicit,& infra proxi.§.&.s.proxi.§.quidam decedens.

m *Patris*.qui ſine ea voluntate gerit.

n *Interceßio*.id eſt interuentus,ſiue conſilium,ſcilicet malum.Azo. & facit.j.proxi.§.Accurſius.

o *Mancipia*. C.pro empt.l.ij.contra. Sol:ibi cum cauſa,& ſalubre conſilium,hîc ſecus:vt.j.de leg.j.l.ſi filius.§.diui.

p *Domus*.quæ omnia olim vendi debebãt:vt. C.de admi.tut.l.lex quæ.circa princ.Accurſius.

q *Voluntatem*. Not.diſcedi quandoque à voluntate.ſic.j.vbi pu.edu.l.j.& ij &.§.de confir.tut.l.penult.& de teſta.tu.l.iure noſtro. & C.eo.l.tutelam.&.j.de an.leg.l. Quintus Mutius.&.j.de le.ij.l.Lucius Titius.&.l.pater filium.&.s.de relig.l.at ſi quis.§.æquum.&.j. de condit.inſti.l.quidam.&.s.eo.l.iij.§.quamuis.

r *Teſtatò*.id eſt coram teſtibus vel vicinis.

ſ *Quin debeat*. quia certè debet ad eum ſpectare periculum. & facit.C.eo.l.tutor.&.l. & ſi ſciſſes.s.eod.l.j.& inſti.de leg.§. quod autem.&.s.de peti.here.l.qui ſe.&.l.item ne §.petitam.&.C. qui mili.non poſ.l.ſuper ſeruis.&.C.de ſpon.&.arr.ſpon.l.mulieris.& in-

fra quod fal. tut. l. iij. in fin.& s. de proba. l.verius.& ſupra de act.
A emp.l.j.§.j. Sed argu.contra infra de adul.l.denuntiaſſe.& faciunt iſta etiam ad.l.ſeq.

t *Reſpicere*.dic,aut datio tutoris eſt ipſo iure nulla:& tunc non imputatur ei ſi non gerat: vt. C. qui da.tut. poſ.l.militia.&.l.neque. aut tenet:& tunc ſiquidem tutor ignorat ſe datum, (quod ſemper præſumitur niſi pupillus probet de ſcientia tutoris: vt infra. l. proxi.) idẽ eſt: vt hîc.ſi verò ſciat ſe datũ, & ſciat nullam ſibi competere excuſationẽ, ſtatim tenetur:vt hîc,& infra de excuſa.tuto.l.qui teſtamẽto.& infra ſi tut. ap. l. ij. &.C.de excuſa.tut. l. quãquã.& infra eo. l. tutor vel curator. &. l. tutores qui poſt. §. tutor. ſi verò ſciat ſe datum,& ſciat ſibi aliquã competere excuſationem,& non proſequatur eam, tũc tenetur ex quo iuſſus eſt gerere: vel,vt puto, ex quo lapſa ſunt tempora excuſationis.&probatur hîc & præcedens caſus infra de excuſa.tut. l. ſi is qui tres.§.illa.ſiverò credat aliquam ſibi competere, nec cõpetat, & non proponat eam:ſtatim tenetur ex quo datus eſt.ſiverò proponat eam,& proſequatur: ſi quidem vincat, nũquã ſpectat periculũ ad eũ. & ſi ſuccumbat, tenetur ex quo iuſſus eſt: vt infra eodem. l. qui iuſſus eſt.Azo.

† Facit glo. 2. in. c. cum olim. in prĩ. extra de arbi.

* cauerit.

* tutori.

* ſe.

† Facit.c.veniens. cum gl.2.in prin. extra de ſi. presbyte.

† Concor. cũ hac. l.c.1. cũ gloſſ. ſuper verb. allegãs. extra de poſtul. præla.

neq; liberatio [l] tutoris,neq; voluntas patris [m], aut interceſſio [n] matris tutoris officiũ infringat †.

Vſque adeo autem licet tutoribus patris pręceptum neglegere,vt ſi pater caueret * ne quid rei ſuæ diſtraheretur,vel ne mãcipia [o] diſtrahãtur,vel ne veſtis,vel ne domus [p],vel ne aliæ res periculo
B ſubiectæ, liceat eis contemnere hanc patris voluntatem [q].

A tempore ſciẽtiæ periculũ eſt tutoris,& ignorãtia præſumitur, niſi ſcientia probetur.Bartolus.

Ex quo innotuit tutor * ſe eſſe tutorem, ſcire debet periculum tutelæ ad eum * pertinere.Innoteſcere autem qualiterqualiter † ſufficit,non vtique teſtato [r] eum cõueniri. Nam etſi citra teſtationem,ſcilicet vndecũq; cognouit: nulla dubitatio eſt quin debeat [ſ]
C periculum ad ipſum reſpicere [t].

VI. IDEM *libro trigeſimoſexto ad* Edictum.

HOc autẽ † quòd cognouit tutor,pupill⁹ ꝓbare debebit [u].

Contra tutorem qui non facit inuentarium, abſque cauſa iuratur in litem: & antequã faciat,nõ poteſt adminiſtrare niſi quę dilationem non recipiunt.Bartolus.

VII. IDEM *libro trigeſimoquinto ad* Edictum.

u *HOc autem.Probare debebit*.Argu.cõ
D tra.C.de epiſc.audien.ſi legibus. Item contra.C. de pericu.tut. l. ſi tutor. Solu.hîc ex neceſſitate probat pupillus ſcientiam,ibi admiſſus non iuſſus tutor probat ignorantiã.ſic.C.de præ.mino.l.ſi prædium. & de præſcript.long.temp.l.penulti.& arg.ſupra de proba. l.circa.vel dic vt ibi.Accurſius.

T*Vtor*] CASVS. vſque ad.§.vſuræ. Tutor antequam incipiat gerere. debet inuentarium facere: niſi iuſtam cauſam habeat quare non faciat: & ſi non faciat,tanquam doloſus tunc remouetur à tutela conuentus à pupil. & tenetur pupillo ad intereſſe. illa tamen quę non recipiunt dilationem,bene debet gerere etiam ante factum inuentarium,imò ea tenetur diſtrahere:& aliàs ſuo periculo ſtant:nec poteſt ſe excuſare,dicens:ideo non vendidi,quia expectabam contutores meos. cum quodam ergo ſpatio moderato debet eas res diſtrahere: quod in iudicis erit arbitrio. [COMPETIT.] Dictum eſt ſupra eod.l.iij.§.& ſi pecunia.quòd tutores debent deponere pecuniam pupillarem ad prædiorum comparatio-
E nem.nunc dicit, ſi per preces vel gratiam non idonea emant prædia, vel etiam per latam culpam:quia tenentur pupillo. Quid ſi poſt depoſitionem nulla prædia emant? tenentur ad vſuras pecuniæ depoſitæ:niſi fortè non inueniebant prædia venalia. & tenentur quando non emerunt, ad vſuras quæ frequentantur in illa regione.Si autem in ſuos vſus dictam pec.conuerterunt clam,tenentur ad cẽteſimas vſuras: quanuis ille tutor qui non fœnerauit pec. pu. non teneatur niſi ad pupillares:nec ille qui debitor exiſtens patris pupillorum durante tutela à ſe non exegit. Quid ſi tutor fœnerauit pecuniam pupil. & dedit eam fœnori multis: aut omnia tenetur pupillus nomina approbare,aut omnia reprobare. [SI DEPONI.] Si eſt pecunia in hereditate pupilli, tutor debet eam deponere ad prædiorum comparationem: vt ſupra.eo.ita autem. & ſi quidem tutor deponat,non tenetur ad vſuras. Si autem non deponat, aut præceptum fuit ei à iudice vt deponeret, aut non. ſi non fuit pręceptum,tenetur ad pupillares vſuras.ſi autem fuit prę-

1 Tvtor qui repertorium[a] nõ fecit, quod vulgo inuentarium appellatur, dolo feciſſe videtur[b]: niſi fortè aliqua neceſſaria & iuſtiſſima cauſa allegari poſſit cur id factum non ſit. Si quis igitur dolo inuentarium non fecerit: in ea conditione eſt, vt teneatur in id quod pupilli intereſt[c]: quod[d] ex iureiurando in litem æſtimatur. Nihil itaque gerere ante inuentarium factum eũ oportet[e]: niſi id quod dilationem nec modicã expectare poſſit[f].

Nimia feſtinantia vel negligẽtia tutoris in rebus pupilli vendendis punitur. Bartolus.

Si tutor ceſſauerit in diſtractione earum rerũ quæ tempore pereunt, ſuum periculum[g] facit. Debuit enim confeſtim officio ſuo fungi. Quid ſi contutores expectabat† vel differentes, vel etiam volentes ſe excuſare, an ei ignoſcatur? Et non facilè ignoſcetur. debuit enim partibus ſuis fungi, non quidem pręcipiti[h] feſtinatione, ſed nec moratoria[i] cunctatione.†

In emendis rebus tutor non tenetur, niſi de dolo & lata culpa. Bartolus.

Competet aduerſus tutores tutelæ actio, ſi malè contraxerint: hoc eſt, ſi prædia comparauerint: non idonea per ſordes aut gratiam. Quid ergo ſi neque ſordidè, neque gratioſè, ſed non bonã conditionem elegerint? Rectè quis dixerit ſolam latam neglegentiã[k] eos præſtare hac in parte debere.

Si tutor pecuniam pupillarem otioſam reliquit, vel in vſus ſuos conuertit: tenetur eius pecuniæ vſuras præſtare. hoc dicit.

Si poſt depoſitionem pecuniæ comparare prædia[l] tutores neglexerunt, incipient in vſuras cõueniri.[m] Quanquam enim à pręto- **B** re cogi eos oportet ad comparandum: tamen ſi ceſſent, etiam vſuris plectendi ſunt, tarditatis gratia: niſi ſi per eos factum non eſt[n] quo minus compararẽt. Pecuniæ[o] quam in vſus ſuos conuerterunt[p], tutores legitimas[q] vſuras præſtant*: ſed hoc ita demum, ſi euidenter doceantur pecuniam in vſus ſuos conuertiſſe. Cæterùm non vtique qui nõ fœnerauit, vel non depoſuit, in ſuos vſus vertit. & ita diuus Seuerus decreuit. Doceri igitur debet in **C** vſus ſuos pecuniam vertiſſe[r].

Vertiſſe in ſuos vſus non accipimus eum qui debitor patris pupilli fuit, deinde ipſe ſibi non ſoluit. hic enim eas vſuras præſtabit quas patri[ſ] promiſerat. Si tutor pecuniam pupillarem ſuo nomine[t] fœnerauit: ita demum cogetur vſuras quas percepit, præſtare, ſi ſuſcipiat pupillus cæterorum nominum periculum. Si deponi oporteat pecunias ad prædiorum comparationem[u]: ſi **D** quidem factum eſt, vſuræ non current. Sin verò factum non eſt: ſi quidem nec præceptum eſt vt deponantur, pupillares[x] præſtabuntur. ſi præceptum eſt, & neglectum[y], de modo vſurarum videndum eſt. Et ſolent prætores comminari, vt ſi non fiat depoſitio, vel quanto tardius

ceptum, tenetur ad centeſimas: ſicut & quando negauit ſe habere pecuniam cum tractaretur de alimentis pupillo præſtandis. nam & tunc tenetur ad centeſimas vſuras eius pecu. quam habet: & etiam caſtigatur extra ordinem. Si autem negauit ſe habere pecu. cũ tractaretur de expediendis aliis negotiis pupilli, præſtabit pupillares tantùm. & de pupillaribus præſtandis ponit quinque plana exẽpla. præter autem prædictos tres caſus in quibus pręſtãtur cẽteſimę, & præter dictos quinq; in quibus pręſtãtur pupillares, tenetur ex aliis cauſis tutor ad eas quæ in regione frequentantur. Viuianus.

a *Repertorium*. ſic dictũ eſt, quia reperta continet & inuenta: & quia inuenta in bonis pupilli ibi deſcribũtur: & debet fieri mox cum cõmodè fieri poteſt: licèt aliter alij dicant, & in pręſentia tabellionis & iudicis: vt. C. eo. l. tutores. & ibi not. & fiet vna vice. & ſi quid addetur bonis, iterum addetur inuẽtario: & ſcribetur dies: vt. C. de cura. fur. l. fi. §. fi.

b *Feciſſe videtur*. præſumptione hui⁹. l. ideoque vt ſuſpectus remouetur. & alias pœnas patitur: vt. C. arb. tu. l. fin. & infra de ſuſpect. tut. l. iij. §. tutores. ſed an honorarius tutor vel datus cauſa notitię qui nõ adminiſtrat debeat facere? Reſpond. ſic. nam indefinitè hîc dicit. Itẽ omnibus poteſt ſolui: vt infra de ſolu. l. quòd ſi fortè. §. j. & §. ei qui notitię. Item ad omnes pertinet periculum: vt ſupra de ritu nupt. l. ſi quis tutor. §. quid ergo. & C. de pericu. tut. l. j. Item communionẽ habent in tutela, licèt nõ adminiſtrent: vt ſupra eod. l. iij. §. nec putet. & dicta. l. C. de peric. tut. l. j. & C. arb. tu. l. fina.

† Facit hic §. quòd vacãte eccleſia præſentes poſsũt procedere ad electionem vſque ad finem trium menſium: vt habetur in c. cum nobis. in glo. ſuper verbo, reuocare. poſt med. in ver. dicit. Ioan.

† Multa in hanc ſentẽtiam grauiter & copioſè Eraſmus Chil. 2. Prouer. 1. in prouerb. feſtina lentè.

c *Intereſt*. propter res & cauſas amiſſas: vt infra eod. l. chirographis. Azo.

d *Quod*. ſcilicet intereſſe, & vltra etiam: vt ſupra de in litem iuran. l. ij. & l. ſi tutor. Azo. Sed quando iurabunt? Reſpon. in actione tutelæ, & ſic finita tutela: vt infra de tut. & rati. diſt. l. niſi. & C. de in lit. iuran. l. penul. & argu. infra de ma. teſt. l. ſi ita fuerit. & de fideicommiſſar. lib. l. ſi purè. in fi. Item quis? Reſpond. alius tutor vel curator, vel etiam ipſe adultus: vt ſupra de in lit. iuran. l. videamus. Accurſius.

e *Eum oportet*. debet & alia facere antequam adminiſtret, ſcilicet ſatiſdare rem pupilli ſaluam fore: vt. C. de tuto. & cura. qui ſatis nõ dant. l. j. & fi. niſi ſit teſtamentarius, vel cum inquiſitione datus: vt in eo. ti. l. non omnium. Item debet decreto iudicis accipere res: vt. C. arbi. tu. l. fi. Item iurare: vt in authen. vt ij qui. §. fi. col. vj.

f *Poſſit*. C. eod. l. fina. in fi. & l. lex quæ. in fi. & ſ. de mino. l. ait prætor. §. quæſitum.

g *Suum periculum*. ſic. j. ad Trebel. l. mulier. §. ſed enim. & C. eo. l. lex quæ. in fine. & l. fina.

h *Præcipiti*. ſic infra de iure fiſ. l. edicto. §. cum autem. & de verbo. oblig. l. continuus. §. cum ita. & infra de leg. ij. l. cum quidam. & de iure delib. l. j. in fi. & ſ. ſi quis cau. l. ij. §. ſi quis tamen. & infra de ſol. l. ratum. & j. ad Tertyl. l. ij. §. ſi mater. & §. confeſtim.

**A** i *Moratoria*. id eſt longa mora.

k *Latam negligentiam*. id eſt latam culpam: vt infra de verbo. ſignifi. l. magna. & hoc eſt ſpeciale vt non veniat leuis. eſt & alius caſus: vt. C. arb. tu. l. nomina. regulariter contra: vt. C. arb. tu. l. quicquid.

ADDITIO. Dic quòd ſpecialis caſus eſt hic: ſcilicet quãdo emit pręsaid, vt non teneatur niſi de lata culpa ſecundum Bartolum hîc.

l *Prædia*. quod debet fieri: vt ſupra eo. l. ita autem. in princ.

m *Conueniri*. etiam ſine interpellatione: vt. C. in quibus cau. in integr. reſt. non eſt neceſ. l. in minorum. ſic eſt argu. contra. infra de verbo. oblig. l. ſi ex legati.

n *Non eſt*. vt infra eod. l. cum plures. §. fina. & j. ea. l. §. vſuræ.

o *Pecuniæ*. hîc debẽtur vſuræ centeſimæ.

p *Verterunt*. ſcilicet clam. Azo. vt habeat locum quod ſequitur, & quod eſt infra eo. l. non exiſtimo.

* Vſurę quibus caſibus ſint conceſſæ, vide per Panor. in c. conqueſtus. in 1. col. de vſu. & doc. ĩ. c. ſalubriter. eo. tit.

q *Legitimas*. imò cẽteſimas: vt ſupra de neg. ge. l. qui ſine. §. ſed quas ſol. hîc legitimas vocat, id eſt centeſimas: vt & ibi dixi. & ſic accipitur C. arb. tu. l. curator. & de vſur. pup. l. j. Aliàs dicitur legitima quam quilibet ſecundum cõditionem ſuæ perſonæ poteſt ſtipulari: vt. C. de vſur. l. eos. §. ſuper. & hoc modo dicitur pupillaris quam pupillus ſecundum cõditionem ſuam poteſt ſtipulari. Accurſius.

r *Vertiſſe*. ſcilicet vſuras centeſimas.

ſ *Patri*. niſi eſſent minores pupillaribus vel in prouincia frequentatis, quando tales præſtari debent: vt infra ead. l. §. ex cæteris. ſi enim non vſurarium erat debitum, fięt vſurarium: vt ſupra de nego. geſt. l. ſi pupilli. §. fina. & l. diuortio. §. fina. & l. qui ſine. in princi. ergo minor vſura fit maior, vt dictum eſt.

t *Suo nomine*. idem ſi pupilli: vt. infra eo. l. cum quæritur. in fine. licèt quidam contra. & facit ſupra de vſur. l. Caius Seius. & arg. ſu- **E** pra de procur. l. in cauſæ. in princip. & de oper. lib. l. ſi ita ſtipulatio. Argu. contra ſupra de inoffic. teſt. l. Papinianus. §. ſed nec impuberi. & j. de colla. bono. l. nonnunquam. Item facit. ſ. man. l. idemque. §. ſi mandauero.

u *Comparationem*. quia ſufficiens eſt ad prædium emendum: vt. ſ. eo. l. ita autem. in princ.

x *Pupillares*. id eſt quas pupillus pro conditione ſua poſſet ſtipulari: vt. C. de vſur. l. eos. §. ſuper Sed contra. j. ead. l. ibi, vel ſi moram, &c. & §. quæ autem, &c. vbi dicit legitimam. ſed hic corrigitur ſecundum quoſdam. Vel verius dic, id eſt pupillares: ſiue præceſſit præceptum vt ibi, ſiue non. Item quod hîc dicit, eſt verum poſt. vj. vel duos menſes nouiter creato tutore, diſceſſo à veteri: vt. j. ea. l. §. vſuræ. & l. ſi tutor conſtitutus.

y *Et neglectum*. & dic centeſimæ ſecundum Hug. ſed ſecundum Azo. pupillares: vt infra proxi. l. & infra dicemus in gloſ. ibi, quando.

*Legitima-*

fiat, legitimæ[a] vſuræ præſtentur. Si igitur comminatio interceſſit: iudex qui quandoque cognoſcet decretum prætoris ſequetur[b]. Idem ſolent[c] facere prætores etiam circa eos tutores qui negãt habere ad alendos pupillos penes ſe aliquid: vt quicquid conſtiterit penes eos eſſe, eius grauiſſima[d] vſura pẽdatur. & hoc perſequi oportere iudicem palam eſt, cum & alia[e] pœnæ adiectione. reſiduarum autem ſummarum[f] pupillares vſuras pendi oportet. Quæ ſint[g] autem pupillares vſuræ, videndum eſt. Et apparet hanc eſſe formam vſurarum, vt eius quidem pecuniæ quam quis in vſus ſuos conuertit[h], legitimam[i] vſuram præſtet. Sed & ſi[k] negauit[l] apud ſe eſſe pecuniam, & prætor pronuntiauit contra eum: legitimas ſoluere debebit. vel ſi moram[m] depoſitioni fecit: & prætor irrogauit ei legitimas. Sed & ſi dum[n] negat[o] aliquam quantitatem penes ſe eſſe, pupillis ad onera ſua expedienda impoſuit neceſſitatem mutuam pecuniam legitimis vſuris accipiendi, tenebitur in legitimis[p]. Item ſi à debitoribus[q] legitimas exegit. Ex cæteris cauſis ſecundum morem prouinciæ præſtabit vſuras aut quincunces†, aut trientes, aut ſi quæ aliæ leuiores[r] in prouincia frequentantur[ſ].

Vſuræ à tutoribus non ſtatim exiguntur, ſed interiecto tempore ad exigendum & ad collocandum, duum menſum[t], B * idque in iudicio tutelæ ſeruari ſolet. quod ſpatium ſeu laxamentum temporis tribui non oportet his qui nummos impuberum vel adoleſcentium in ſuos vſus conuerterunt. Si vſuras exactas tutor vel curator vſibus ſuis retinuerint: earum[u] vſuras agnoſcere eos oportet. Sanè enim parui refert, vtrum ſortem pupillarem, an vſuras in vſus ſuos conuerterint. Pecuniæ quæ in arca fuit, C etiam heredes curatoris tamdiu vſuras præſtabunt, quamdiu non interpellauerint[x], vt loco defuncti curator conſtituatur.

Si tutor pro contutore condemnetur, an etiam in vſuras condemnandus ſit, quæritur. Et placet (vt multis reſcriptis continetur, & Papinianus libro duodecimo quæſtionum ait) etiam in vſuras eum condemnandum ſi ſuſpectum facere ſu-

† Vſuræ quincunces & trientes quæ dicantur, vide apud Anto. Auguſt. lib. 2 Emẽd. cap. 10. vbi de vſura cẽteſima copioſiſſimè tractat.

* Duorũ mẽſium.

a *Legitimæ*. id eſt centeſimæ: vt in ſequenti caſu ſubiicit. nam dicit, idem ſolent, &c. & poſtea dicit, grauiſſima. Hug. ſed Azo dicit, id eſt A pupillares: vt & infra ea. l. in ver. vel ſi moram, &c. & in hoc ſit idẽ hîc & in ſequenti caſu, vt comminatio aliquid operetur. hîc pupillares, ibi centeſimas, ſed cum etiam ſine comminatione præſtantur pupillares: vt in. §. præcedenti: ergo non videtur prodeſſe admonitio niſi fortè in hoc quòd non expectabũtur duo vel ſex menſes: vt ibi nota. Et pro hoc quòd nõ expectantur duo menſes, facit litera, vel quantò tardius, &c.

b *Sequetur*, ſcilicet non tanquam validum, ſed quaſi ab eo tẽpore fuerit in mora, & currat vſura: non quòd comminatio valeat; vt in contrario: vt. C. commi. vel epi. &c. ergo nec ſequẽda: vt ſupra de teſta. tut. l. iure noſtro. Argum. ad hoc ſupra de vſur. l. ſi quis ſolutioni. §. mora. vel dic ibi ſpeciale.

c *Idem ſolent*. & hîc centeſimæ.

d *Grauiſſima*. id eſt centeſima: quæ legitima quoque vocatur.

e *Et cum alia*. aliàs alia: aliàs aliæ, ſecundum antiquos qui in datiuo pronuntiabant alio: vt ibi, & alio veni, & venit & dic pœnæ, id eſt mulctæ, quæ eſt infra de ſuſpect. tut. l. iij. §. tutores. ſic ponitur pœna pro mulcta. §. ſi quis ius di. l. j. in princip.

f *Summarum*. quas penes ſe eſſe confitentur, nec tamen deponunt: vt ſupra in §. ſi vero factum non eſt.

Vſura multiplex.

g *Quæ ſint autem*. i. quando debeantur. & dic pupillares quas pro D conditione ſua poteſt ſtipulari pupillus: vt. ſ. dixi. Item no. quod vſura alia centeſima, alia pupillaris, alia ex conſuetudine regionis. prima præſtatur duobus caſibus. ſ. quando conuertit in ſuos vſus clã: vt ſupra. §. pecuniæ. Item quando negat ſe habere ad alendum, & habet in veritate: vt. ſ. eod. §. idem ſolent. Addit. H. tertium quando poſt præceptum non depoſuit: vt. ſ. ibi, ſi præceptum eſt, &c. Secunda præſtatur. v. caſibus. Primo quando conuertit in ſuos vſus palã: vt ſubiicit, & apparet, &c. Secundo quando negat ſe habere, & nõ habet, ſed prætor decernit eum habere: quo caſu decretum pro veritate accipitur: vt ſubiicit, ſed & ſi negauit. &c. Tertio ſecundum Azo. quando poſt pręceptum fecit moram depoſitioni: vt ibi, vel ſi moram, &c. & . ſ. ibi, ſi præceptum, &c. ſed hoc caſu dicit. H. venire centeſimam: vt dixi. & hunc tertium ponit quando non præceſſit præceptum. Quartus eſt ibi: ſed & ſi dum negat, &c. Quintus ibi, idem ſi à debitoribus, &c. Item adiicit Azo ſextum quando nõ præcedente præcepto iudicis facta eſt mora depoſitioni pecuniæ: vt. ſ. E §. ſi verò factum non eſt. aliàs regulariter debetur quæ leuior ſit in regione: vt. j. §. ſi ex cæteris.

Vſura pupillaris an & quando præſtatur.

h *Conuertit*. palam.

i *Legitimam*. id eſt pupillarem. Et no. quod incipit. v. caſus.

k *Sed & ſi*. & dic pupillarem. Accurſius.

l *Negauit*. nec erat: ſed decretum pro veritate accipitur. ſed ſi eſſet, etiam à die moræ, vt ſubiicit: vel ſi moram, &c. Vel dic quod & hîc falsò negabat: ſed ob aliam cauſam quàm vt alimenta non præſtarentur: & ſic non centeſima, ſed pupillaris currit.

m *Vel ſi moram*. non pręcedente præcepto iudicis ſecundum H. ſecundum Azo. pręcedente, vt ſubiicit, & prætor irrogauit, id eſt cõminatus fuit ſe irrogaturum: & tamen non debebatur centeſima hoc caſu ſecundum eum.

n *Dum*. hîc pupillares.

o *Negat*. extra ius.

p *Legitimis*, id eſt, pupillaribus.

q *Debitoribus*. & hîc pupillares.

r *Leuiores*. non grauiores legitimis, licèt ſit conſuetudo: vt. C. de vſur. l. eos. §. nec liceat. & facit infra de le. j. l. apud Iulianum. §. vſurarum. & ſ. de vſur. l. j.

ſ *Frequentantur*. ſubaudi, erunt præſtandæ.

*Vſuræ*. CASVS. Si tutor pecu. pup. mutuauit, & eam poſtea rehabuit: & finita ſit tut. & conueniat eum pu. act. tu. & petat vſuras non ſolum quas habuit tutor à debitoribus quibus mutuauerat, ſed etiam eas quas non habuit, quia tardè incepit mutuare ex quo datus fuit tutor: certè iudex non cõdemnabit eum in vſuras quas non habuit, ex eo quod nõ habuit & non mutuauit ſtatim cum fuit datus tutor: & parcet ei in vſuris quantùm ad duos menſes qui cucurrerũt ex quo fuit datus tutor & non mutuauit. ſi autem nõ mutuauit trãſactis illis duobus menſibus: ita bene tenetur ad vſuras, ac ſi mutuaſſet & vſuras habuiſſet. Et quod dixi in eo qui non mutuauit: idẽ dico in eo qui mutuauit, ſed piger fuit in recuperãdis vſuris: ita quod debitor factus eſt nõ ſoluendo. nam à termino quẽ dederat debitori, vſque ad duos menſes nõ tenetur tutor ad vſuras quas ſua negligentia amiſit pupillus: ſed poſtea ſic. Hoc autem ſpatium duorum mẽſium non datur tutori qui in ſuam vtilitatem pecuniam pupilli conuertit. [SI QVAS VERSAS.] A debitore pupilli vel adulti tutor vel curator vſuras exegit, & eas in ſuam vtilitatem conuertit. Certè ad earum vſurarum vſuras tenetur pupillo. Secundò dicit: Curator meus mortuus eſt relictis heredibus Titio & Sempronio. & in arca mea erat pecunia. hi heredes curatoris non petierunt mihi dari alium curatorem: & ſic non fuit qui mutuaret dictam pecuniam. Certè ipſi heredes non tenentur ad vſuras dictæ pecuniæ. Tertiò dicit: Duos tutores habui. vnus malè adminiſtrabat: & alius non accuſauit eundem de malè adminiſtratis: & hic malè adminiſtrans factus eſt non ſoluendo. nunc conuenio alium qui bene adminiſtrauit, ex perſona malè adminiſtrantis. quod bene poſſum facere quantùm ad ſortem in qua tenebatur malè adminiſtrans. Sed de vſuris in quibus tenebatur malè adminiſtrans, dubitabatur, vtrum teneatur bene adminiſtrans? Et dicitur quod ſic. & hoc ſi non tenebatur malè adminiſtrans ad maiores quàm ipſe. Si autem tenebatur ad maiores, puta quia tenebatur ad centeſimas ex eo quod pecu. pu. clam in ſuos vſus conuertit: vt ſupra eadẽ. l. §. pecuniæ. iſte autem qui conuenitur, tenebatur ad pupillares, de quibus dicitur ſupra ea. l. §. quæ autem. non tenebitur conuentus niſi ad pupillares, etiam ex perſona illius qui tenebatur ad centeſimas. Quartò dicit quòd ſi finita tutela, & ratione tutelæ reddita per tutorem nõ reddat pupillo pecuniam, tenetur ad vſuras. hoc dicit vſque ad finem legis. Viuianus.

t *Duorum menſium*. ab ingreſſu tutelę. Sed contra infra. l. ſi tutor cõſtitutus. Solu. vt ibi. Item poſt hoc tempus ita demum ſi potuerit collocare: vt infra eo. l. cum plures. §. fina. & . C. de vſu. pu. l. iij. Item facit in authen. vt ij qui. §. quoniam coll. vj.

u *Earum vſuras*. tanquam ſortis: vt. j. eo. l. qui negotiationem. §. j. & fi. & . ſ. manda. l. idémque. §. ſi procurator. & . C. de vſu. pu. l. ij.

x *Non interpellauerint*. quod facere debent: vt arg. ſ. e. l. ita autem. §.



UNED

perſedit:& quidem eas demũ vſuras cogendum præſtare, quas etiã ſuæ adminiſtrationis [a] cogitur. Sciẽdum eſt tutorem & poſt officium finitum vſuras debere [b] in diem quo tutelam reſtituit.

Tutor tenetur reſtituere pecuniam quam credidit adueniente die: niſi in credendo non potuit ſibi culpa imputari. Bartolus.

VIII. IDEM *libro viceſimo tertio ad Edictum.*

SI tutelæ agat is cuius tutela adminiſtrata eſt, dicendum eſt nonnũquam diem creditæ pecuniæ [c] expectandam: ſi fortè tutor pecunias crediderit pupilli nomine, quarum exigendarum dies nõdũ venit. Sanè quod ad pecunias attinet, ita demum verum eſt, ſi potuit & debuit credere [d]. cæterum ſi non debet credere: non expectabitur [e].

Tutor debet facere pupillo ſi poteſt vt quęratur directa: aliàs actionem vtilẽ quæri ſufficit. Bart.

IX. IDEM *libro trigeſimo ſexto ad Edictum.*

QVotiens tutor pecuniam pupillarẽ fœnori dat: ſtipulatio hoc ordine [f] facienda eſt. Stipulari enim debet aut pupillus, aut ſeruus pupilli. Quod ſi neque pupillus eius ætatis [g] erit, vt ſtipulari poſſit, neque ſeruum habebit: tunc ipſe tutor [ ſtipuletur ] quive in eius poteſtate erit. Quo caſu Iulianus ſæpiſſimè ſcripſit vtilem actionem pupillo dãdam. ſed & ſi abſens ſit pupillus: oportere tutorem ſuo nomine [h] ſtipu-
B lari, nequaquam [i] ambigendum eſt.

Debitum ex alia cauſa, in actionẽ tutelę deuoluitur, ſi tutor debuit & potuit ſoluere, & pupilli intereſt quod in actionem illam deuoluatur. Bartolus.

Si paterfamilias eum pro quo fideiuſſit, tutorem dederit filio ſuo: officio tutoris conuenit, vt cùm dies pecunię præterierit, creditori debitum ſoluat.

Et ideo ceſſante eo ſi pupillus
C ſuæ tutelæ factus ſoluerit [k] ex cauſa fideiuſſoria: non ſolùm mandati, ſed etiam tutelæ agere poterit. Hoc enim ei imputatur, cur pro ſe non ſoluerit. Quod ſi in diem debitor fuit iſte tutor, quibuſdam videtur non venire in tutelæ iudicium: ſi modo is dies poſt tutelam finitam

ſi tutor.&.§.poſt completum. ſed & interpellatione facta debẽtur vſuræ ſi eam heredes conſumpſerunt: vt infra de here.inſtit.l. cum oſtendimus. Item contra ſupra de vſur.l.pecuniæ.§. fina. vbi inculpabilis eſt debitor à maiori vſura ſi creditor deceſſit. Solutio hîc in culpa fuerunt heredes, qui non petierunt curatorem conſtitui loco defuncti curatoris, quod facere debuerunt ibi non. Vel ibi fœnerator non fuerat domin⁹ pecuniæ. Ioan. Sed dic ſecundum Azo. quod non eſt contra: quia ibi creditor, hîc debitor deceſſit: qui differunt: vt ſupra de nauti.fœ.l.finali & de vſur.l.cum quidam.§. ſi pupillo. & facit.j.eod.l.tutores.§.qui ſe.

a *Suæ adminiſtrationis*, ſcilicet nomine. contra infra ad munic.l.libertus. §.fina. Sol. ibi loquitur in fideiuſſore qui rẽ pupilli ſaluã fore promittit. vnde ſufficit ibi, pręſtare indẽnitatem: hîc in contutore. Sed argu. contra. huic ſolu.j.eo.titu.l.Luci⁹.§ j. quare dic eſſe ſpeciale eo caſu quo ſuſpectum facere ſuperſedit: vt hîc, &.C. de vſur.pu.l.ij. licèt poſſet dici in. l.libertus. loqui non de pœna quæ vſura dicitur, ſed de alia licèt lex Lucius.ob.& facit.j.de magi.cõue.l.fi.

b *Debere.* niſi obtulit & depoſuit: vt.j.l.tutor.§. fin. & conſonat ſupra de vſu.l.j.§.fi.& infra eodem.l.Lucius.§. quęſitũ &.§.fina.

SI *tutelæ.*] CASVS. Cum haberet pupillus.xij.ann. tutor eius mutuauit pecuniam pupilli Titio. & dedit ei terminum vſque ad duos annos. finita eſt tutela adueniente pubertate. antequam venirent dicti dies mutui, agit pupillus contra tutorem, & petit etiam
D dictam pecuniam: cuius nondum venerat terminus. nũquid debet condemnari tutor ad illam? Certè non, ſi fuit ei licitum mutuare: aliàs ſic. licitum autem ei non erat ſi non fecerat inuentarium. Viuianus.

c *Creditæ pecuniæ.* ſecus eſt ſi alicui ſit obligatus tutor nomine pupilli in diem quando non videtur expectanda dies, ſed ſtatim agit: vt.s̃.de neg.geſt.l.ij.&.l.ſi quis mandante. licèt quidam contradixerunt ibi. & agitur vt liberetur, vel vt de indemnitate caueatur: vt ſupra man.l.ſi mandauero.§.ij.& iij. Accurſius.

d *Credere.* hoc.ſ.quia fortè nondum fecerat inuentarium, vel nondum ſatiſdederat: vt.s̃.e.l.tutor qui.in princ.&.C.de tu.vel cur.qui non ſatiſdedit.l.tutor qui. Azo.

e *Non expectabitur.* ſic.s̃.ad Velle. l.aliquando.§.fina.

QVoties.] CASVS. Si tutor vult mutuare pecuniam: debet facere ſtipulari pupillum à debitore, vel ſi eſt infans, debet ſtipulari ſeruus eius. ſi autem ſit infans, & non habet ſeruum, tunc tutor
E debet ſtipulari, vel ſeruus vel filius tutoris: & acquiretur vtilis actio pupillo. Quid ſi abſens ſit pupillus? Solus tutor debet ſtipulari. [SI PATER.] Titius erat debitor Sempronij: & ego eram eius fideiuſſor. ego feci teſtamentum: & dictum Titium principalem debitorem dedi tutorem filio meo. venit dies pecunię ſoluendæ Sempronio durante tutela. Certè debet ſoluere tutor. & ſi non faciat, & efficiatur non ſoluendo, & ſic oportuit pupillum ſoluere creditori, quia fuit heres mei fideiuſſoris: non ſolùm poteſt agere mandati finita tutela contra tutorem ſuum quondam eundem principalem debitorem: ſed etiam tutelæ. melius tamen pro ſe faciet ſi agat tutelæ: quia in actione tutelæ erit ipſe priuilegiatus in tacita hypotheca: & etiam in perſonales actiones: & etiam contra fideiuſſores quos dederat ei tutor pro re eius ſaluanda, poterit agere. Si autem dies dictæ pecuniæ ſoluendæ non venerit durante tutela, non imputatur dicto tutori ſi non ſoluat eam ſuo creditori. & ſic actio mandati non conuertetur in act.tutelæ. Item quid ſi patri pupilli
A debeat tutor aliquid, & temporali tenebatur actione, & à ſe non exigat durante tutela? Certè bene tenetur de hoc pupillo act.tutelæ, & perpetuò. ſicut enim imputatur tutori ſi non exigat ab aliis pupilli debitoribus: ita & ſi à ſe non exigat, & plus. nam cum debet exigere ab aliis, neceſſe eſt quod proponat cõtra eos actiones, & dentur dilationes debitoribus ad reſpondendum vt fieri ſolet. vnde illud medium tempus tutori non imputatur, ſed ſibi ipſi, nec eſt neceſſe ꝙ ipſe det libellum. vnde non expectantur talia ſpatia. plus etiam dico, quòd ſi patri pupilli debuit vſuras maiores quàm pupillus poſſit ſtipulari, & non exegit à ſe durante tutela ſortem patri debitam, tenetur pupillo ad illas maiores vſuras. Quid ſi tutor fuerit creditor patris pupilli, & eſt pecunia de hereditate? Certè bene poteſt ſibi ſoluere: & ſi non ſoluat ſibi, non tenebitur pupillus in vſuras quę currẽt medio tẽpore. ita enim debet ſoluere ſibi ſicut aliis creditoribus pupilli. & non debet expectare tutor vt conueniatur à creditoribus: ideo ſtatim debet eis ſoluere ex quo ſcit eos recipere debere: & ſi reſiſtat, omnes expenſæ erũt ſuper barbam ſuam. Sed nunquid poteſt tutor accipere mutuam pecuniã à pupillo cum auctoritate contutoris? Et certè ſic.

[CONSTAT.] Pupillo habenti tutorem in hereditate patris, ſuperuenit alia hereditas, & ſic fuit adiunctus tutor vel curator. Certè iſte adiunctus non debet adminiſtrare priſtina bona: niſi in hoc
D accuſet primum tutorem ſi videat eum malè adminiſtrare. primus autem tutor bene tenetur adminiſtrare in bonis ſuperueniẽtibus. Viuianus.

f *Hoc ordine.* hoc videtur hortatiuè dici. nam cum pupillus directam ex ſua perſona, vel ex perſona tutoris vtilem habeat: quid refert? Reſpondetur: poteſt dici vt ſit ratio prouerbium illud: melius eſt meum quàm noſtrum. nam cum tutor ſtipulatur, durante tutela poteſt agere nomine ſuo, & impuberis. finita verò ea, neutro. ſed cum pupillus habet directam, tutor non experitur ſuo nomine, ſed impuberis tantum: & in ea poſtularet ſemper in integrum reſti. ſed non in ea quam ſuo nomine intenderet in rem directam, ſecundũ Azo. Et not. ex prædictis quòd ſoluta eſt quæſtio an valeat ſtipulatio: ſed hic ordo turbatur: quia valet.

Meum melius eſt quã noſtrum.

g *Eius ætatis.* quia infans eſt, qui ſtipulari nõ poteſt: vt infra de verbo.oblig.l.j. in princ.&.l.mulier. niſi in caſu: vt infra rem pup. ſal.
E fo.l.ſeruum.

h *ſuo nomine.* ſcilicet tutoris, dicendo: promittis mihi? ſed ſi expreſſim nomine pupilli vel adulti ſtipuletur, dico valere, ad ſimilitudinem conſtituti: vt ſupra de conſtituta pecu. leg. eum qui. §. Iulianus. Sed quid ſi dicat: promittis pupillo? fortè valet. licèt non inueniatur niſi in conſtituta pecunia: vt dicta. l. eum. §. ſi actori. & facit ad hanc lex. C. quando ex fac. tuto. l. ij. & infra quando ex fac. tuto. l. ij. & infra de verbo. obliga. ſi procuratori præſentis. & ſupra de procura. l. mutus. §. ſi procurator. & infra rem pup.ſal.fo. l.ij. & iij. ſed contra ſupra de pigne. act. l. ſolutum §. finali. Solutio ſpeciale hîc in tutore & curatore: at ibi in procuratore.

i *Nequaquam.* aliàs eſt hîc.§.nequaquam. aliàs eſt hîc lex quæ incipit, Si pater, &c.

k *Soluerit.* idem ſi non ſoluerit, ſi tutor lapſus eſt facultatibus: vt ſubiicit. Accurſius.

ſuperuenit. Quod ſi dies adhuc durante tutela venit, putant omnimodo deuolui in tutelæ iudicium. Ego & hoc [a] & ſuperius ita verum puto, ſi facultatibus labi tutor cœpit. Cæterùm ſi idoneus tutor fuit, nihil venire [b] in tutelæ iudicium. Nec quiſquam putet nullum effectum hoc habere [c]. namque ſi quis dixerit in tutelæ iudicium deuolui: & priuilegio [d] locus eſt, & fideiuſſores tenebuntur ſi rem ſaluam fore cautum eſt.

Si tutor permittit expirare actionem temporalem quam pupillus contra ipſum habet, efficitur perpetua actio tutelæ: quia à ſe exigere debet tutor ſicut ab aliis. h. d.

Item ſi temporali [e] actione fuit obligatus tutor, dicẽdum eſt locum eſſe tutelæ iudicio, [f] vt perpetua actio ſit. Et generaliter quod aduerſus alium præſtare debuit pupillo ſuo, id aduerſus ſe quoque præſtare debet, fortaſſis [g] & plus. Aduerſus alios enim experiri ſine actione non † potuit, [h] aduerſus ſe potuit. [i] Sed ſi ſub vſuris grauioribus [k] patri pupilli pecuniam debuit, quàm ſint pupillares: videndum eſt an ei aliquid imputetur. [l] Et ſi quidẽ ſoluit, nihil eſt quod ei imputetur. Potuit enim ſoluere, nec onerare ſe vſuris. Si verò non ſoluit, vſuras cogẽdus eſt agnoſcere quas à ſe exigere debuit.

Tutor poteſt ſibi & aliis ſoluere: debet enim bonam fidem agnoſcere. Bartolus.

Sicut autẽ ſoluere tutor quod debet, [m] ita & exigere quod ſibi debetur poteſt, ſi creditor fuit patris pupilli. Nam & ſibi ſoluere poteſt, ſi modò fuit pecunia vnde ſoluat: & ſi vſuræ fuerunt grauiores [n] quæ ei debebantur, releuabitur eis pupillus: quia tutor ſe potuit liberare, [o] ſicut aliis quoque ſoluere & potuit & debuit. Nec vtiq; [p] neceſſe habet, ſi cõueniatur per iudicem * [ſemper [q]] ſoluere. Idcircoq; ſi mala cauſa [r] pupillaris eſt, denuntiare

B ſibi [ſ] verum debet. Denique imperator Antoninus cum patre etiam honoraria [t] eos imputare pupillo prohibuit, ſi ſuperuacaneam litem inſtituiſſent cum cõuenirentur à vero creditore. Nec enim prohibentur tutores bonã fidem [u] agnoſcere.

Tutor poteſt à pupillo mutuo accipere, & ſeipſum debitorem adſcribere. Bartolus.

Non tantùm autem ſibi ſoluere tutor, verumetiam ſibi crediC tam [x] pecuniam ſcribere poteſt (vt Marcellus libro octauo Digeſtorum ſcripſit) ſeq; mutua pecunia poterit obligare, ſibi mutuatam ſcribendo. *

*periudicẽ, ſemper ſoluere. tueri enim debet cauſam pupilli ſi iuſta eſt. Idcir.

* Flo. mutuã præſcribendo.

Tutor datus patrimonio ſuperuenienti, non tenetur de anteriori: ſed prior tenetur de augmento obuenienti. Bartolus.

Conſtat eum qui ad augmentum datur, vtputa ad bona materna quæ poſtea acceſſerunt, [y] vel ad quid aliud augD mentum, adminiſtrare bona priſtina non ſolere. Si autem ſuſpectum facere priorem tutorem ſuperſedit, vel ſatis ab eo exigere, [z] plectetur. Per contrarium autem qui datus eſt ſimpliciter tutor pupillo vel curator, ſi quid poſtea augmenti acceſſerit, periculo tenetur: quamuis ſoleat ad augmentum dari curator. quæ res non facit vt ipſa augmenta non pertineant

a *Ego & hoc.* præpoſtera eſt litera iſta. nam illa conditio, ſi facultatibus &c. refertur ad id quod demonſtrat hoc pronomen, hoc: non ad id quod demonſtrat verbum, ſuperius: & eſt illud verum purè. dic ergo, ſuperius, id eſt ſi erat in diem debitor, & finita tutela venit dies, non deducitur in actione tutelæ omnino, & purè verum eſt: quia niſi dies venit finita tutela, non tenetur tutelæ actione: & aliquatenus non imputatur ſibi non ſoluere, cum ſoluere non teneatur ante diẽ. & hoc vt teneatur tutelæ cum pater pupilli fideiuſſerat pro eo: ita verum puto, ſi facultatib⁹ &c. ſed ſine interpoſitione poteſt legi ſic: hoc ſcilicet proximè dictum, ſcilicet quando dies venit durante tutela, omnino deuoluatur: puto verũ. & ſuperius, id eſt quod dictum eſt in primo caſu cum pater pupilli fideiuſſit purè pro illo. vt teneatur actione tutelæ tutor ſi non ſoluit creditori, illud ſimiliter verum puto ſi facultatib⁹ &c. Ioann. Item bene dicit, cœperit: quia ſecus ſi ſubitò labũtur: vt infra eod. l. etiam. &.s̃. de neg. geſt. l. diuortio.

b *Venire.* ad hoc eſt cõtra.s̃. de nego. geſt. l. diuortio. in fin. & l. qui ſine. in princip. ſed hîc erat obligatus tutor ad liberandum pupillum, vtpote heredẽ fideiuſſoris: ex qua liberatione vel ſolutione nihil veniebat in burſa pupilli vnde poſſet traxiſſe commodum: ibi tenebatur ſoluere burſæ pupilli pecuniam: ex qua pecunia pupillus cõmodum habere potuiſſet.

† Cõcor. in c. cõſtitutis. in glo. 1. ibi, quia ſine actiõe. extra de elec.

c *Effectum hoc habere.* ſcilicet quod dixi deuolui in vno caſu vel duobus. Azo.

d *Et priuilegio.* hypothecæ: vt. C. de admi. tu. l. pro officio. & perſonalium actionum: vt ſupra de priuile. cre. l. ij. §. fin. & l. ſeq.

e *Item ſi temporali.* idem eſt ſi perpetua: licet ſecus dicatur in negotiorum geſtorũ: vt.s̃. de neg. geſt. l. diuortio. §. pen. & § fi. verũ & ibidẽ dici poſſe no. Item facit.s̃. de neg. geſt. l. at qui natura. in prin.

f *Tutelæ iudicio.* ſi deſiit obligatus eſſe: vt.s̃. de neg. geſt. l. qui ſine. in prin. & l. diuortio. §. pen.

g *Fortaßis.* imò ſine fortè: quia in exigendo alium non imputatur culpa niſi tranſacto tempore quo agere potuit. in ſe autem exigẽdo non datur dilatio: quia nec eſt opus, vt hic dicit Azo.

a] Salarium aduocatis, nutricibus, obſtetricib⁹ medicis & ſimilibus debetur offic. iudic. Spec. in ti. de off. om. iudi. §. 1. 3. col. verſi. item cũ aduocatus.

h *Non potuit.* plerunque, ſubaudi. quandoque enim officio iudicis agitur: vt in reſtitutione minorum & maiorum, & in expenſis litis: vt in ſalario [a] aduocatorũ, & in iure incolarum, quod M. dicit eſſe actionem. Io. cõtra. ſed ius quoddam. Azo. & facit ad id quod dicit. j. eo. l. antepe. &.s̃. de neg. geſt. l. ſi pupilli. §. fi. & l. ſinautem. &.s̃. de eden. l. j. in prin. & quod me. cau. l. extat. & C. de interdi. l. fi. &.s̃. de peti. here. ſed & ſi lege. §. pe. Item eſt ſic.s̃. ſi ſer. vend. l. altius. & de condic. inde. l. frater à fratre. in fi. j. reſpon. H.

i *Potuit.* igitur videtur quod naturale debitum debet à ſe exigere: vt &.s̃. de neg. geſt. l. at qui natura. in prin. non igitur donari dici

A poteſt: quia in neceſſitatibus &c. vt. j. de adimen. leg. l. rem legatam. errant ergo qui dicunt donari quod datur ſolo naturali iure cogente: vt. j. de reg. iur. l. donari. accedit ad confuſionem prædicti erroris quòd bonæ fidei poſſeſſor ex hereditate debitum naturale deducit: vt.s̃. de peti. here. l. ſi quid poſſeſſor. §. ij. &. j. de ſolu. leg. Stichũ. §. aditio. &. j. de dona. l. hoc iure. §. ſi quis. &.s̃. de pecu. l. eo tẽpore. §. etiam. Sed ecõtra ſi naturale debitum tãtùm debeat pupillus tutori, poterítne tutor ſibi ſoluere? nõ videtur: vt. j. proxi. §. Sed ar. contra.s̃. de peti. here. l. ſi quid poſſeſſor. §. j. &. j. de ſol. l. Stichũ. §. aditio.

k *Grauioribus.* centeſimis. ſ. vt ex re iudi. non ex contractu: quia tunc pupillares eſſent tã graues. Ac. Floren.

l *Aliquid imputetur.* ſi ſortem vel vſuras non ſoluit. H.

m *Quod debet.* pupillo.

n *Grauiores.* id eſt graues, quales omnes ſunt. Vel dic, grauiores illis quibus poteſt inueniri mutuo.

o *Liberare.* i. facere ꝙ ei deſinat actio competere. ſic ponitur infra de accep. l. j. Accurſius.

p *Vtique.* ſubaudi, ita demum. Azo. & facit ad hoc.s̃. de nego. geſt. l. ſi pupilli. §. fin. & l. debitor. & C. qui da. tu. poſ. l. creditor. & authen. minoris. ADDITIO. Bartol. quærit hîc an. §. iſte & præcedẽs ſint correcti per. d. authen. minoris. quæ prohibet debitores & creditores eſſe tutores? Reſpõd. quòd ſic in tutore legitimo & datiuo: in teſtamẽtario eſt magna cõtrouerſia. vide eundẽ Bart. in. l. ꝓpter litẽ. j. de excu. tut.

q *Semper.* id eſt nõ debet ſemper ſe vocari facere ad ius: imò debet cauſam pupilli, ſi bona eſt, defendere.

r *Si mala cauſa.* ad quod eſt.s̃. man. l. idémque. §. fideiuſſores. & l. Quin-

E tus. & infra de appel. l. tutor. & C. de admi. tu. l. ſi bona. & l. nõ eſt. & ſupra de procu. l. qui proprio. §. litis.

ſ *Denuntiare ſibi.* ſcilicet iudici. Item fallit.s̃. de act. emp. l. emptorem. circa prin. &.s̃. de cõtrahen. empt. l. fiſtulas. §. j. & C. de aduo. fiſ. l. pe. &. j. de leg. ij. l. qui ſolidum. §. etiam.

t *Honoraria.* id eſt ſalaria præſtita aduocatis.

u *Bonam fidem.* ſic ſupra man. l. ſi fideiuſſor. §. quædam.

x *Sibi creditam.* Sic ergo ſe auctore obligatur pupillo in mutuo. ſic ſupra ſi cer. petatur. l. ſingularia. non idem alias: vt. j. eo. l. non exiſtimo. ſed pupillum ſibi de auctore non obligat: vt. C. de contrahen. emp. l. ſi in emptione. §. fi. niſi fortè palam faciat, & bona fide: vt infra eo. l. non exiſtimo. & adde hîc quod not. C. de contrahen. emp. l. cum ipſe. & facit ad hoc. j. de aucto. tut. l. pupillus. §. j. & §. pupillus. & infra eo. l. tutor rerum.

Tutor ſe auctore pupillo obligari poteſt.

y *Acceſſerunt.* ſcilicet pupillo.

z *Exigere.* repete, ſuperſederit. & facit. j. eod. l. etiam contutoris.





UNED

&.l.Æmilius. Item facit ſupra de tu.l.iij.§.pen.& fi.&.C.in qui.caſi. tu.ha.l.fi.& infra de excu.tu.l. propter.§.fi.

GEneraliter.] CASVS. Ea debet facere tutor circa pupillum, quæ faceret circa ſe quilibet paterfami. in bonis ſuis. ſi ergo non ſoluat creditoribus pupilli, cum ſciat eos recipere debere, nõ videtur eum defendere. & ita tenetur. & idẽ eſt ſi non defendat eum in iudicio. & idem eſt ſi non promittat pro eo de damno infecto vicinis ſuis, cum pupilli domus minaretur eis ruinam. Viuianus.

a Defendi. vt infra eo.l. à tutoribus.

b Solutionem. vt ſupra l.proxi.§.item.in fi.

c Stipulationem. damni infecti, vel ſimilẽ: quod tamen quandoq; fallit: vt ſupra de procu.l. ſed & hæ.§. fina.&.l.ſequẽ. & facit.ſ.de iudi.l.rectè defendi.&.j. quibus ex cau. in poſſeſ. ea.l. hæc autem.§.j. & ſupra de procur.l. non ſolùm in princ. &.l. ſed & hæ.§. nõ ſolùm. &. C.eo.l.fi. Accurſius.

CIrca pupillum.] CASVS. Titius fuit tutor Sempronij: & ex pecunia eius ei prædia comparauit. poſtea tutor fuit petitus in ſeruitutem, & ſeruus pronũtiatus. agit pupillus prędictus act.tu.de peculio contra dominum: dominus vult deducere debitum ſibi à ſeruo, ſicut moris eſt, circa illas res quas dictus tutor emit de pecu. pu. debet habere ante partem pupillus: & in eis non poteſt habere dominus aliquod participium ex cauſa deductionis prædictę. & idem eſt in curatore, quod dixi in tutore. Viuianus.

d Curatore. qui ſeruus eſt pronuntiatus. & facit ſupra de pec.l. ex facto.§. planè,&.ſ. ſolu.ma.l.ſi cum dotem.§.fina.

ad curam priorum ad quos omnis vtilitas pupillorum debet pertinere. Siue igitur datus eſt, communicatur periculum cum prioribus: ſiue datus non eſt, tenetur adminiſtrationis neceſſitate is qui antea erat datus.

Tutor non videtur defendere qui non facit ea quæ faceret quilibet legitimè defendens. Bartol.

X. IDEM *libro quadrageſimonono ad Edictum.*

GEneraliter quotienſcunque nõ fit nomine pupilli quod quiuis paterfamilias idoneus facit, non videtur defendi.[a] Siue igitur ſolutionem,[b] ſiue iudiciũ, ſiue ſtipulationem[c] detrectat, defendi non videtur.

In rebus emptis per tutorẽ qui eſt inuentus ſeruus: dominus nõ habet ius deductionis. Bartolus.

XI. IDEM *libro trigeſimotertio ad Edictum.*

CIrca pupillum cuius tutor ſeruus erat pronuntiatus, diuus Pius reſcripſit, in rebus quas ex pecunia pupilli ſeruus cõparauerat, dominum non poſſe vti prærogatiua deductionis. quod & in curatore[d] obſeruandũ eſt.

Durante tutela non poteſt agi actione tutelæ. Bartolus.

XII. PAVLVS *libro trigeſimooctauo ad Edictum.*

CVm plures tutelam gerunt, nulli eorum in contutorem actio[e] pupilli nomine datur.

Quę legitimè & bona fide alienata ſunt, non retractantur ex eo quòd bona pupilli [f]ierunt. hoc dicit. Bartolus.

Quæ bona fide à tutore geſta ſunt, rata habentur etiam ex reſcriptis Traiani & Hadriani: & ideo pupillus rem à tutore legitimè[f] diſtractam vindicare non poteſt. Nam & inutile eſt pupillis ſi adminiſtratio eorum non B ſeruetur, nemine ſcilicet emẽte. Nec intereſt,[g] tutor ſoluendo fuerit, nécne: cùm ſi bona fide res geſta ſit, ſeruanda ſit:[h] ſi mala fide, alienatio non valet.

Non poteſt tutor propter pupillum ſuo nomine plus expendere. Bartolus.

Nimium eſt, licere tutori reſpectu exiſtimationis[i] pupilli erogare ex bonis eius quod ex ſuis non honeſtiſſimè fuiſſet erogaturus.[k]

C

Circa perſonam pupilli debet tutor expendere quod moribus honeſtati & conditioni pupilli congruit.

Cum tutor non rebus dumtaxat, ſed etiam moribus[l] pupilli præponatur: in primis mercedes præceptoribus[m], nõ quas minimas poterit, ſed pro facultate patrimonij, pro dignitate natalium conſtituet: alimenta ſeruis libertíſque, nonnunquam etiam exteris, ſi hoc pupillo expediet, pręſtabit: D ſolennia[n] munera parentibus cognatíſque mittet:[o] ſed non dabit dotem ſorori alio patre[p] natæ, etiam ſi aliter ea nubere nõ potuit. nam etſi honeſtè, ex liberalitate tamen fit, quæ[q]

CVm plures.] CASVS. Si plures tutores adminiſtrant tutelam, & vnus eorũ ante finitam tutelã vult agere contra alios ac.tutelæ: certè nõ poteſt. Secundò dicit, quod tutor bona fide & legitimè rem pupilli vendidit: & in ea venditione pupillus nõ eſt deceptus in aliquo. pupillus vult eã vindicare. Certè nõ poteſt. ſi enim minores ita admitterẽtur ad rũpendos cõtractus per tuto. factos, eis noceret: quia non inuenirent aliquos cui cũ eis contrahere vellent: & etiã ſi tutor nõ eſt ſoluendo, nihilo magis poterit pupillus reſcindere dictum contractũ. Sed quid ſi mala fide fuit factus dictus cõtractus, & in eo pupillus deceptus fuit? Alienatio nõ valet quantũ ad effectum: quia reſtituetur prædictus pupillus. nec facio vim vtrũ ſit ſoluẽdo tutor, vel nõ. Tertiò dicit quòd ſi tutor donet hiſtrionibus de bonis pupilli ad hoc vt pupilli fama creſcat: quia non donaret de rebus ꝓpriis tutor pro ſua propria fama, totum eſt ſuper barbã ſuam. Quartò dicit ꝙ tutor datur perſonæ pupilli & rebus: & quia datur perſonæ, ideo debet facere quòd pupillus addiſcat bonos mores, inueniendo ei magiſtrũ, & ſoluẽdo magiſtro ſalarium cõpetens: & ſi pupillo expedit, debet cõſtituere alimenta ſeruis ac libertis & amicis pauperibus pupilli, & rata munera parẽtibus & cognatis pupilli mittere: dotare tamen non debet ſororẽ pupilli natam ex alio patre. Vltimò dicit quòd ſi tutor non potuit fœnerare pec. pup. non tenetur ad vſuras: puta quia non inuenit aliquos qui accipere velint mutuo. Viuianus.

A e Actio. ſcilicet tutelæ. nã alia bene datur: & illarũ quæ dantur, quædã exerceri poſſunt durãte tutela: quædam non: vt.j. de tut.& ra.diſtr.l.ſi tutor.§.fi.&.l.ſeq. & inſti.de aucto.tu.§.fi. Itẽ & accipe ex eadẽ tutela: ſecus ſi ex alia: vt.j. de ſuſpe.tut.l.iij.§. quæri. Item adde quod no.C.eo.l.ij. &.l.rationes. & ſic non ob.j. rem pupil.ſal.fo.l. non quaſi.§.hanc. Item facit ad.l.iſtam.j.eo.l.actus.&.l.cũ curatore.& de tut.& ra.diſtra.l.niſi. in prĩci.&.§.fin.&.j. de ſuſpe.tut.l.tutor.in prĩ. &.ſ.de procur.l. qui ꝓprio.§.fi. &.l. qui duos.

f Legitimè. cum decreto, ſi erat res immobilis: vel ſine decreto, ſi mobilis, quæ ſeruari non poteſt: quando imputatur tutori ſi nõ diſtrahat: vt ſupra eo.l. tutor qui. in prin. &.§.j. nec etiã ratione ætatis, niſi ſordes vel gratia tutoris interuenit, vel enorme damnũ: vt.ſ.e.l.tutor.§.competit.&.ſ.de min.l. & ſi ſine.§.quæſitũ.&.l.ſi ex cauſa.in prĩ.&.l.pen.H.

g Nec intereſt. quantùm ad hoc vt valeat venditio, vel non poſſit vindicari res vendita, vel nõ: ſed quantũ ad aliud intereſt quandoque.

h Seruanda ſit. adeo vt detur in pupillum vtilis actio de euictione, re ab aliquo euicta, ſed in id demum &c. vt.ſ.de euictio.l.iiij. &.ſ. de actio. emp.l.Iulianus.§.idẽ Iulianus.in fi.§. Itẽ dic hîc loqui in reb. quæ caſib⁹ ſubiectæ ſunt, vt prædixi. in aliis etiã pro paruo dãno, licet nõ pro minimo: vt.ſ.de ĩ integ.reſti. l.ſcio.& facit.C.de ſacr. ſan.ec.l.iubem⁹.§. ſanè.

i Exiſtimationis. id eſt quia faciat pro pupilli honore, vel fama, vel laude: vt &.j. de verbo. ſigni.l.munus propriè.

k Erogaturus. alioquin contra: vt.ſ.§.j.& eſt ſic ad.l. iſtam.ſ. de peti.here.l.ſed & ſi lege.§. ſi quis.&.§.quod autem.

l Moribus. imò perſonæ primò: vt.j. de cura.fu.l. cõſilio.j.reſp. facit inſti.qui da tu.poſ.§.certe.& de excuſa.tut.§.datus. &.j.de cura. furio.l.conſilio.in prin.&.ſ.de offi.præ.l.diuus.§.fin.Hug.

m Præceptoribus. ſic.j.de do.l.Aquilius.&.j.vbi pu. edu.l. qui filiũ.

n Solennia, quot modis dicitur munus.& quę eſt differentia inter E munus & donum, habes.j. de verb.ſigni.l.inter donum. &.l. munus. Azo. Item dicit munera non nuptialia: vt infra.l. proxi.§. fina. & infra de tu.& ra.diſtra.l.j.§.ſed nonnullos. Munus & donum differunt.

o Mittet. repete, ſi pupillo expediat, aliàs non: vt infra.l. proxi.§. fina.Azo. ADDITIO. Pro declaratione huius gloſ.dic ſecundum Barto.quod hîc loquitur de muneribus ſolitis & conſuetis quæ ex honeſtate dimitti non poſſunt: ibi de muneribus inconſuetis, & quæ ſecundum honeſtatem dimitti poſſunt.

p Alio patre. Sed quid ſi ex eodẽ patre? Reſp. videtur idẽ. nã paternũ eſt offic. dotare filias: nõ maternũ, niſi in caſu: ergo nec fraternũ vt.C.de do.pro.nup.l.fi.& de iure do.l.mater.& de hære.l.cognouimus. ſed ideo ſic dicit, quia tũc eſſet cõmune patrimo.& ideo ex eo dotãda. vel ſi pater aſſignaſſet ĩ teſta. vnde eſſet dotãda, etiã ex eo eſſet dotãda. vel põt dici qđ ſi nihil habet ſoror ex eod. patre nata vnde dotari poſſit, ꝙ à fratre eſt dotãda ex probabili cauſa.Azo. Soror quandoque eſt à fratre dotãda.

q Quæ. liberalitas

ſeruanda arbitrio pupilli [a] eſt.

Si tutor pecuniam pupillarem credere non potuit, [b] ꝙ non erat cui crederet: pupillo vacabit.

XIII. GAIVS *libro duodecimo ad Edictum prouinciale.*

2 TVtor ſecundum dignitatem [c] facultatéſque pupilli modum ſeruorum æſtimare debet, qui circa eum futuri ſunt.

B Quod quis facit de ſuo: præſumendum eſt quòd potuerit facere de alieno. Bartolus.

Non eſt audiendus tutor, cum dicat ideo ceſſaſſe pupillarē pecuniā, quòd idonea nomina non inueniret, ſi arguatur [d] eo tēpore ſuam pecuniā bene collocaſſe.

Tutor debet ſoluere debita, & expēſas neceſſarias facere, & cōtutores ſuſpectos arguere: expēſas verò quæ in donationem caderent, facere non poteſt. Barto.

C In ſoluendis legatis & fideicōmiſſis attendere debet tutor ne cui non debitū [e] ſoluat. Nec nuptiale [f] munus matri pupilli vel ſorori mittere. Aliud eſt [g] ſi matri fortè aut ſorori pupilli tutor ea quæ ad victum neceſſaria ſunt, præſtiterit: cùm ſemetipſa ſuſtinere nō poſſit. nam ratum id habendum eſt. Nec enim eadē cauſa eſt eius quod in eam rem impenditur: & quod muneris legatorúmve nomine erogatur.

XIIII. PAVLVS *libro octauo Breuium.*

a *Pupilli erit.* donatio non ſeruatur, cum donare nō poſſit, ſed ſeruatur poſt legitimā ætatem: vt. C. ſi maior fa. l. fin. §. cum autē. Vel dic quòd & donare quādoque poteſt minor: quod dic vt. C. ſi aduer. dona. l. j. & de admini. tut. l. lex quæ. & de prædiis mino. l. prædia. & d. §. cum autem. & facit ad hunc. §. ſ. de ritu nup. l. ſciendū. & j. de Carbo. edi. l. de bonis. §. non ſolùm. & de dona. filiusfami. & ſ. de iu. do. l. quæro. & l. ſine. & j. eo. l. tutor ad. & de tute. & ra. diſtr. l. j. circa prin. & infra de cura. furio. l. fi.

b *Non potuit.* Hodie idē ſi potuit, niſi quādo pupillus nō habet ſufficiētem reditum, quod dic vt. C. e. auth. nouiſſi. & facit. j. l. prox. §. j. & C. de vſu. pup. l. iij.

TVtor ſecundū.] CASVS. Si pupill⁹ habeat multos ſeruos: tutor debet ꝓuidere quot ex eis debent ſtare cum pup. Secundò dicit ꝙ ſi tutor nō fœneret pecu. pu. cum poſſit, tenetur: & potuiſſe videtur, cū fœnerauit ſuam pecu. Tertiò dicit ꝙ ſi pater pupilli reliquit legata quibuſdā, debet tutor priuſquā eas ſoluat, demōſtrare teſtamentum ſapiētibus ad ſciendum vtrū ſint debita, vel nō. & illa quæ nō ſunt debita, non debet ſoluere. & nō debet tutor mittere matri vel ſorori pupilli mun⁹ nuptiale: ſed eas alere poteſt ſi nō habeant quid comedant. Alia enim cauſa eſt eius quod impēditur per tutorē in alimenta matris & ſororis pupilli pauperum, quę cauſa licita eſt & alia cauſa eſt muneris nuptialis prędicti, & legatorum indebitorū: quæ quidem cauſa tutori non eſt licita. Viuianus.

c *Tutor ſecundum dignitatem.* facit. C. eo. l. lex quæ. §. ante omnia. & ſ. l. proxi. §. cum tutor.

d *Arguatur.* ſic ſupra commo. l. ſi vt certo. §. planè. & depoſiti. l. antep. Sed ar. contra ſupra de in lit. iur. l. videamus. §. ſed nec. ADDITIO. pro ſolutione huius contrarij dic ſecundum Bartol. hîc quòd tutor in propriis & in pupillaribus eandem diligentiam debet adhibere: vt infra eo. l. à tutoribus, ſed in proprio facto non compellitur diligens paterfamil. ſubire periurium: eodem modo nec in pupillaribus: vt. d. l. videamus. hîc autem conſtabat diligentiam adhibitam in propriis: ergo debet adhibere in pupillaribus, ſecundum Dynum.

e *Non debitum.* quod ſi fecerit, quid iuris ſit, legitur. ſ. de condict. inde. l. ſi procurator. §. fi. & l. cum indebitum. in prin. & l. fi. §. tutor. & ſ. de peti. here. l. quod ſi poſſeſſor. & l. ſi poſſeſſor. §. bonæ fidei. Sed pone quod indebitum exegit: tunc obſeruabo idem in tutore, quod in procuratore vel negotiorum geſtore dicit lex obſeruādum: vt. ſ. de procura. l. qui proprio. §. procurator vt in cæteris. & de nego. geſt. l. ſi quis negotia. Sed arg. contra. ſ. de petit. here. l. ſi poſſeſſor. §. bonæ fidei. Azo. ADDITIO. Solue vt not. in. d. l. ſi quis negotia. ſ. de neg. geſt. ſecundum Bartol. hîc.

f *Nuptiale munus.* ſupra. l. proxi. §. cum tutor. contra. ibi, ſolennia &c. Sol. ibi in parentibus & cognatis maſculis fortè ſecundū Azo. Vel ibi ſolenne. i. conſuetum à patre pupilli ſingulis annis pręſtari. ſic & dicuntur feriæ ſolennes ſupra ex qui. cau. ma. l. ſed & ſi. §. ſolennium. vel dic vt ibi.

g *Aliud eſt.* facit infra de tu. & ra. diſ. l. j. §. ſed nonnullos. & infra vbi pup. educ. debeat. l. qui filium. Accurſius.

A ETiam.] CASVS. Dicitur hîc quòd tutor propter malam alterius contutoris adminiſtrationē tenetur ſi fuit in culpa illius malæ adminiſtrationis: veluti ſi potuit facere ſuſpectum contutorem malè gerentem, & non fecit, & ſi debuit ab eo petere fideiuſſores rem pup. ſal. ſo. & non fecit: ſecus ſi non debuît. Viuian.

ETiam contutoris factum imputatur [h] collegæ, ſi potuit [i] & debuit ſuſpectum facere. [k] interdum & ſi debuit ſatis petere. [l] Nā ſi idoneus ſubitò [m] lapſus eſt, nihil collegæ imputari poteſt.

Negligentia in non conueniēdo debitores, & in nō mutuando pecuniā, imputatur tutori. Bart.

XV. IDEM *libro ſecundo Sententiarum.*

SI tutor conſtitutus, quos inuenerit debitores non conuenerit, ac per hoc minus idonei [n] efficiantur, vel intra ſex primos mēſes [o] pupillares pecunias † nō collocauerit: [p] ipſe in debitā pecuniam, & in vſuras eius pecunię quam nō fœnerauit, conuenitur.

C Si in eadē adminiſtratione plura nomina contrahantur, ad petitionem adminiſtrantis debet dominus vel omnia agnoſcere, vel omnia repudiare. Bartolus.

XVI. IDEM *libro ſexto ad Sabinum.*

CVm quæritur iudicio tutelæ quæ nomina à tutore facta agnoſcere pupillus debeat: Marcellus putabat, ſi tutor pecuniā pupilli mutuā dediſſet, & ſuo nomine [q] ſtipulatus eſſet, poſſe dici nomina integra pupillo ſalua eſſe: deperdita & malè cōtracta, ad D tutorē pertinere: ſed verius ſe putare, [r] poſſe tutorem eam condi-

h *Imputatur.* adeo etiā vt in vſuras eius nomine teneatur: vt. ſ. eo. l. tutor qui. §. pe. & C. de vſu. pup. l. j. Azo.

i *Potuit.* quia tempus præteriit quo facere potuit: vt argu. ſ. de nego. geſ. l. diuortio. §. ſed hic quidem modus. H.

k *Facere.* ſubaudi & nō fecit. idē vbi nimis tarde fecit, vel faciendo iura pupilli perdidit: vt C. de diui. tut. l. ij. & intellige. l. iſtam cū fuerit diuiſa adminiſtratio à teſtatore vel à iudice.

l *Satis petere.* hoc eſt vt ſatiſdetur rem pupi. ſal. ſo. vt. j. de verb. oblig. l. ſtipulationum aliæ. §. ſatis acceptio. Vel ſi tutor deſinit eſſe ſoluendo tēpore tutelæ, & ea finita inuenitur non ſoluendo: vt infra eo. l. Æmilius. in fi. & l. tres. §. fina. Azo. Itē intellige quod hîc dicit, ſi erat tutor legitimus vel datiuus ſine inquiſitione: aliâs non debet ſatiſdare: vt inſt. de ſatiſd. tu. §. j.

† Limitabis hanc. l. per text. in. l. qui negotia. j. de neg. geſt. vt non procedat quando retinet illam pecuniam vt ſoluat creditoribus pupilli. Sed hodie cū ſunt vſuræ prohibitæ, non tenetur dare pecunias pupillares ad lucrum vſurarium, ſecūdum Cy. in authen. nouiſſimè. C. eod. titu. & Bartol. in. l. tutor ſeruo. ſ. eo. titu.

m *Subito.* vt infra de magi. con. l. j. §. ſi magiſtratus. & j. de admini. re. ad ci. perti. l. ij. §. ſi eo tempore.

SI tutor.] CASVS. Pupillo tutor de nouo conſtitutus non exegit propter ſuam pigritiam pecu. quam prior tutor excuſatus à tutela vel remotus mutuauerat, & ſic debitores facti ſunt non ſoluendo. ipſe tenetur in illam pecu. quæ ab eis recuperari non poteſt. Item & ſi dictus tutor non mutuet pec. pupillarem intra ſex menſes à tempore quo fuit datus: in vſuras eius pecu. conuenietur.

n *Minus idonei.* dolo vel lata culpa, ſeu magna negligentia. de leui autem hoc caſu non tenetur. quod dic vt. C. ar. tu. l. ij. non ergo ſubito: vt ſupra. l. proxim. & ſupra de nego. geſt. l. litis. Item hoc niſi poſt mortem pupilli ſit non ſoluendo: vt infra eod. l. cum poſt mortem.

o *Sex primos menſes.* vt. ſ. eo. tutor qui. §. vſura. cōtra. vbi dicit duos. Sol. hîc nouiter venit ad adminiſtrationē: ibi dudum fuerat. Azo. Vel ſubaudi hîc, maximè. Vel dic quòd poſt ſex mēſes tenetur ad E vſuras: & demum elapſis duobus exiguntur. prima placet.

p *Non collocauerit.* cum potuerit. alioquin contra: vt ſupra eo. l. cū plures. §. fina. & C. de vſu. pu. l. iij. & adde quod eſt ſupra ſi cer. pet. l. periculum. & C. e. l. debitoribus. & infra de condit. & demonſt. l. antepenult.

CVm quæritur.] CASVS. Tutor pluribus pec. pu. mutuauit, & diuerſis temporibus. finita tute. quædam nomina vult approbare pupillus, quædam non. quæritur quid iuris ſit? Et certè tutor poteſt dicere pupillo: Aut omnia nomina agnoſcas, aut ab omnibus recedas: & ego ſuper his volo meum negotium geſſiſſe: & tātam pecuniam volo tibi reſtituere. & iſtam electionē tenetur pupillus accipere. & hoc verum eſt ſiue ſuo nomine mutuauerat tutor, ſiue non. Marcellus autem dixit aliter, & malè. Viuianus.

q *Suo nomine.* ſcilicet tutoris.

r *Se putare.* ſcilicet ait Marcellus corrigēs ſeipſum. Vel dic, ait Paulus corrigens Marcellum.

a Conditionem. id eſt electionem.

b Recederet. ſcilicet pupillus. & fit hîc compenſatio in exigendis nominibus, non exactis: vt infra eo.l.tutores.§.periculo.

c Geſſiſſet. & pecuniam pupilli palam in ſuos vſus conuertiſſet, vt teneatur præſtare pupillares vſuras pro tota pecunia: vt.ſ.eod.l.tutor.§. ſi deponi. licèt à debitoribus acceperat maiores. nõ autem hîc delatio cõditionis prodeſſet tutori, ſed teneatur ad centeſimas: quia clam accepiſſet: vt.j.eo.l.non exiſtimo. & facit C.quando ex fac. tut.l.ij.&.C.eo.l.debitorib⁹. & ſupra de vſu.l. Gaius & infra de acquir. her. l.cũ heres.&.ſ. de procu.l.in cauſæ.in prin.& C de iure deli.l.cũ quidam.in fi.&.j. de leg.ij. l.neminem.&.j.pro derelí.l.iij. in fi.& in auth. de iureiur. à mo.§. fin. col.v.&.ſ.e.l.tutor qui. §.ſi tutor.&.C.de omni agro deſer.l. qui vtilia. lib.xj.&.j.de re iud.l.in ſumma.§.qui ſortis. Argu.contra.j. rem ratam ha.l.cum debitore. a & ſ.man.l. ſi verò non remunerãdi.§. idem ait ſi tutor. b &.ſ. de nego. geſt. l. ſi quis aliena.

ibi per exceptionem ſic, ſecundum Ir. vel ſecundum Ioã. non ipſo A iure, nec per exceptionem, ſed bona fide, quæ non vult bis idem exigi: vt infra de regu.iur.l.bona fides. Vel diſtingue: Aut fuit actũ, & nihil adhuc exactum, ſed tantùm conteſtatio facta: & tunc alter non liberatur: vt hîc. aut totum exactum, & tunc in totum alter liberatur: vt ibi. ſi autem pro parte, tunc pro parte exacta liberatur alter: vt ibi, & ſupra de po.l.j.§.ſi apud. &.ſ.de iis qui deie.vel ef.l.perceptione. Accur.

tionem a adoleſcẽti deferre, vt id quod geſſiſſet tutor in cõtrahendis nominibus, aut in totũ agnoſceret, aut à toto recederet: b ita vt perinde eſſet, ac ſi tutor ſibi negotium geſſiſſet. c Idem eſt & ſi pupilli nomine credidiſſet.

Tutor tenetur à tempore quo iuſſus eſt adminiſtrare, ſi ante ignorauit. Bartolus.

B XVII. POMPONIVS *libro ſeptimodecimo ad Sabinum.*

QVi iuſſus eſt ab eo qui ius iubendi habet, d tutelam gerere, ſi ceſſaſſet: ex quo iuſſus eſt, e indemnem pupillum præſtare debebit, nõ ex quo tutor eſſe cœpit.

Tutela poteſt geri, & tutor obligari, licèt in nullo actu interponatur auctoritas. Bartolus.

XVIII. IVLIANVS *libro viceſimo primo Digeſtorum.*

QVi tutor negotia pupilli geſ C ſit: quamuis in nulla re auctor pupillo fuerit: quin tutelæ f iudicio teneatur, dubitari nõ oportet. Quid enim prohibet ita patrimoniũ pupilli cõpoſitum eſſe, vt nihil gerere neceſſe ſit, in quo tutoris auctoritas interponi debeat? g Ex duobus tutoribus ſi cum altero actũ fuerit, h alter non liberabitur. i

Durante adminiſtratione non tenetur quis reddere rationẽ collegæ, ſed eum ad adminiſtrationem admittere. Bartolus.

XIX. VLPIANVS *libro primo Reſponſorum.*

ACtus ſui rationem [tutorẽ] contutori * reddere nõ eſſe compellẽdum: k ſed niſi cum eo adminiſtrationẽ cõmunicet, aut

ſi non ex fide curam gerat, ſuſpectum poſtulari poſſe.

Tutor qui ſuccumbit in excuſatione, tenetur ex quo debuit gerere. Bartolus.

XX. IDEM *libro quinto de officio Proconſulis.*

3 TVtor vel curator cuius iniuſta appellatio pronuntiata erit, cuiuſve excuſatio † recepta l non ſit: ex quo accedere ad adminiſtrationem debuit, m erit obligatus.

Si pater conſentit filio qui adminiſtrat vt teſtamentarius: non obligatur niſi de peculio, & de in rem verſo. Bartolus.

XXI. MARCELLVS *libro ſingulari Reſponſorum.*

LVcius Titius Gaium Seium filiumfamilias teſtamento filio ſuo tutorem dedit. n Gaius Seius ſciente & conſentiente patre tutelam adminiſtrauit. quæro, an defuncto Gaio Seio actio tutelæ aduerſus patrem eius, & in quantum competat. Marcellus reſpondit ſecundum ea quæ propoſita eſſent, actione de peculio, & de in rem verſo patrem teneri: nec multum videri in hoc caſu facere patris ſciẽtiam & cõſenſum ad obligãdum eum inſolidum, o niſi fortè contutore vel quo alio volente eum p facere ſuſpectum, interceſſit, q & quaſi in D ſe periculum r recepit.

XXII. PAVLVS *libro tertio ad Edictum.*

4 TVtor ad vtilitatem pupilli & nouare & rem in iudicium deducere poteſt. donationes autem ab eo factæ, pupillo non nocent. f

Ctus.] CASVS. Vnus tutor nõ tenetur alteri rationẽ reddere de eo quod adminiſtrauit, etiam ſi malè adminiſtraret, vel non permittat contutorẽ ſecũ adminiſtrare. in his tamen caſibus ſuſpectũ eum poſtulabit.

k Compellendum. repete hîc quæ not.ſ.eo.l.cum plures.in prin.&. C.eo. l.aduerſus.&.l.rationes & facit.ſ.eo.l.iij.§.ſi parens.

† Quæ debet fieri iudice ſedẽte pro tribunali: nec poteſt cauſa delegari. text. ſing.in.l.ſcire oportet. §.oportet. ff.de excuſa. & ibi.Bar.

Tvtor.] CASVS. Titius dat⁹ fuit tutor Seio pupillo. ipſe ſciens nullam ſibi competere excuſationẽ propoſuit: iudex eam non recepit: vnde ipſe appellauit: poſtea appellatio ſua iniuſta pronũtiata fuit. Certè tenetur de omnibus amiſſis à tempore quo ſciuit ſe tutorẽ datum. Viuianus.

l Recepta. per dictam ſententiam. Et not. ꝙ à datione nõ appellatur: ſed à reiecta excuſatione: vt infra quãdo app. ſit.l.j.§.ſi quis tutor. Accurſius.

m Debuit. ſ. ex die iuſſus: vt.ſ.eo. ꝙ iuſſus. vel ex die quo ſciuit vel ſcire debuit ſe datũ, & adminiſtrare debere: vt.ſ. eo.l.j.&.l. quidam.§.fi. & facit.C. de excu. tut. l.iij. Accurſius.

a] Dic quòd ibi ratihabitio partis valet ad cõmodum procuratoris hoc acceptantis: ſecus ſi in eius cõmodũ hoc accepta re nollet. ita loquitur hîc ſecundum Bart.

b] Ibi gerẽs non deferebat cõditionem: hoc eſt non petebat vt totum approbaret vel totũ reprobaret. hîc ſecus, ſecũdũ Bart.

ADDITIO. Intelligas ibi ꝙ diuerſæ & ſeparatæ erant adminiſtrationes: hîc vna. Vel ſi intelligeres ꝙ ibi vna eſſet adminiſtratio, dicas ꝙ ibi deficit per hanc ſupletionem: quia ſi deferatur cõditio, debet vel in totũ approbare, vel in totum reprobare, ſecundum Dy. & Barto.

Qvi iuſſ⁹.] CASVS. Quidã tutor datus credẽs ſe excuſationẽ habere, eã propoſuit: & in ea ſuccubuit: vnde iuſſit ei iudex vt adminiſtraret à modò: ipſe autẽ nõ adminiſtrauit. Certè tenetur indemnem eũ præſtare à tempore à quo iuſſit iudex, & non à tempore quo fuit datus tutor. Viuianus.

* Flo. con. curatori.

d Habet. ſic infra de bonis auct.iudi.poſſ.l.cum vnus.§.is qui. Accurſius.

e Ex quo iuſſus eſt. ſed ante ſi notum habuit, accedere debuit: vt ſupra eod.l.quidam decedens.§.fi. Vel ibi non habebat excuſationem nec allegabat. & facit infra de excuſ.tuto.l.ſi is qui tres. &.ſ. eo.l.j.in princip.& in authen.de hered.& Fal.§.illud quoque. collat.j.&.j.eo.l.iiij.

Qvi tutor.] CASVS. Quidam pupillus habebat ita expedita negotia hereditaria, eo quòd habuit bonum patrem, quòd non fuit neceſſe tutori præſtare pupillo agenti vel fugiẽti auctoritatem: alia tamen negotia adminiſtrauit. Certè bene tenetur dictus tutor tutelæ. Item dicit quòd ſi vnus de tutoribus fuit à pupillo conuentus & exactus, alter non liberatur. Viuianus.

f Quin tutelæ. id eſt quòd non. Azo. & facit infra de ſtatuli. l.ſi libertate.§.fina.

g Debeat. reſponde, nihil.

h Actum fuerit. vel tranſactum: vt.j.de tut.& ra.diſt.l.ſi ex duobus & .C.de tranſac.l.j.

i Non liberabitur. Imò videtur quòd ſic: vt infra de tut.& ra.diſt.l. ſi ex duobus in fi.quæ eſt contra. Solu. hîc ipſo iure non liberatur:

Lvcius.] CASVS. Filius me⁹ in mea poteſtate exiſtens, fuit datus tutor à quodam in teſtamento: & ego ſciui & conſenſi. Certè nõ teneor inſolidum, niſi expreſſè recipiam in me periculum: imò teneor tantùm de peculio, & de in rem verſo. Viuian.

n Dedit. quod fieri poteſt: vt inſtit.. qui da.tu.poſſ. in prin. &.j.ſi tu.vel cura.da.ap.l.j.&.j.eo.l.tutores.§.tutor datus in teſt.in prin.

E o Inſolidum. Imò contra: vt.ſ.de tutel.l.ſi filius. Sol hîc de teſtamẽtario loquitur: ibi de datiuo, & poteſt eſſe ratio, quia non ita eget confirmatione prætoris teſtamentarius vt datiuus. Vel ibi agnouit volens ipſe teneri ac ſi ipſe gereret: hîc cõſenſit tãtũm vt filius poſſit obligari & agere pro pupillo in cauſis: vt arg.C.de bo.quę liber. l.fi.§.j.& facit.C.quod cum eo.l.j.& quod ibi nota.

p Eum. ſcilicet filium. & ſubaudi, maximè. nam idem & ſi aliàs receperit periculum. Accurſius.

q Interceſſit. ſ.pater pro filio: nõ dico fideiubẽdo, ſed quaſi fideiuberet, & ſic quod iuſſu.l.j.& ſic dicitio quaſi, notat ſimilitudinẽ. vel dic ꝙ no.veritatem. ſic inſti.de iure nat.§.lex.

r Periculum. i.culpam. ſic.j.de magi.con.l.non ſimiliter.

Tvtor.] CASVS. Tutor bene poteſt nouare actionem pupillo competẽtem, & in iudicium deducere, ſi vtile eſt pupillo: ſed donare non poteſt. Viuianus.

f Non nocent. quia pupilli arbitrio ſunt relinquendæ: vt ſupra eo.l. cum

Oportet l. 7. ff. de tutel. in qua pater ex administratione filii vel mala gestione, tenetur in solidum. Sed huic legi respondeo ideo in hac lege tantum tenetur pater actione de peculio, vel de in rem verso, quia filius nominatus fuit tutor in testo, in quo non erat fideiussor pater; in lege vero 7. ideo in solidum tenetur pater; quia filius a pretore nominatus fuit tutor, et in favorem pretoris constitutum fuit patrem in solidum teneri, quia imputaretur pretori, qui non prebuit pupillo idoneum fideiussorem, et omne damnum, vel incomodum ex illa administratione illatum pupillo, redundaret adversus pretorem; quare ad hoc vitandum statutum est in solidum patrem teneri. Vel aliter responderi potest. ut ad margimem, in dicta lege ff. de tutelis videbis notationem.

Tutor non debet cauere de rato, niſi de eius poteſtate dubitetur. Bartolus.

XXIII. VLPIANVS *libro nono ad Edictum.*

VVlgo † obſeruatur ne tutor caueat ratam rem pupillũ [a] habiturum, quia rem in iudiciũ deducit. Quid tamen ſi dubitetur an tutor ſit, vel an duret tutor, vel an geſtus illi cõmiſſus ſit? Aequum eſt aduerſariũ non decipi. [b] Idem & in curatore eſt, vt Iulianus ſcripſit.

B

Ex cauſa conſtituitur actor per tutorem decreto iudicis. Barto.

XXIIII. PAVLVS *libro nono ad Edictum.*

DEcreto prætoris actor [c] cõſtitui periculo tutoris ſolet, quotiénſque aut diffuſa negotia ſint, aut dignitas vel ætas aut valetudo tutoris id poſtulet. [d] ſi tamen nondũ fari pupillus poteſt, vt procuratorẽ facere poſſit, aut abſens ſit: tũc actor neceſſariò [e] conſtituendus eſt.

C

Vnus ex pluribus tutoribus poteſt agere. Bartolus.

Si duobus † ſimul tutela gerẽda permiſſa eſt vel à parente, vel à contutoribus, vel à magiſtratibus: benignè accipiendum eſt etiam vni agere permiſſum: [f] quia duo ſimul agere non poſſunt. [g]

Auxilium ordinarium nõ impedit extraordinarium, quando competit contra diuerſos. Item beneficium reſtitutionis poteſt in alios per ceſſionem transferri. Bartolus.

XXV. VLPIANVS *libro tertiodecimo ad Edictum.*

SI minoris [h] actum fuerit cum tutoribus, aſſiſtentibus curatoribus, & pupillus ob hoc egerit cum curatoribus, & ei [i] ſint condemnati [k] in id quod ſua intererat, minoris [l] tutores culpa eorum condemnatos non eſſe: an reſtitutio aduerſus tutores ceſſet? Et Papinianus reſponſorum libro ſecundo ait, nihilo minus poſſe [m] reſtitui: & idcirco curatores ſi nondum iudicatum fecerunt, poſſe prouocantes [n] per exceptionem doli conſequi vt eis mandentur [o] aduerſus tutores actiones. Quid tamen ſi iam fecerunt iudicatum curatores? Proderit hoc tutoribus: quoniam nihil minori

---

cum plures.§.pe.Item quod dicit de dona.fallit in caſibus aſſignatis.ſ.eo.l.cum plures.§.penul.&.j.de tu.& ra.diſt.l.j.§.j. &.C. ſi adver. do.l.j. licet lex illa aliter intelligi poſſit. Item quando ex magna vtilitate minoris hoc fieret cognitione iudicis: vt infra de cura.fu.l.fin. & hoc de donatione ſimplici. at in donatione ob cauſam, vt eſt dos, & dona. propter nup. dic vt. C. de prædiis mino.l. prędia.&.C.ſi maior fa.l.fi. §.fi.&.C.e.l. lex quæ.in princ.&.ſ. de iure do.l. quæro. &.l.ſiue.& facit ad.l.C.eo.l nõ tantùm. &.j. eo.l. tutor. &.ſ. de iureiur.l. iuſiurandum. §.ij.&.j. de noua.l.fi.§.j. &.l. nouare.§.j. &.j. de accep.l. & per iuſiurandum.§. tutor. &.j. eo.l. Lucius.in fin. Hug.

† Facit ad hãc. l. quod dicit glo. in c.I. ſup verbo. mãdato. prope fi. extra de proc.

VVlgo.] CASVS. Tutor agẽs nomine pupil. nõ tenetur cauere quòd pupillus habebit ratũ: ſed bene debet demõſtrare qualiter eſt tutor. & idem eſt in curatore. Viuianus.

a *Pupillum.* nec iudicatum ſol. vt no.ſ.eo.l.j.§.j.ſed actor ab eo conſtitutus ſic: vt.j.rem ra.ha. l.actor. H.

b *Non decipi.* quia cauet de rato: vt.ſ.quod cuiuſque vni.l. itẽ.§. actor.ſ. cum erit factus pubes: vt.j. de noua.l.ſi pupillus. H. Vel dic ſecundũ Io. quòd hîc nõ eſt cautio de rato: ſed quòd aduerſarius non patietur damnũ per id quòd iſte non ſit tutor: vt hîc, & C. eod. leg. tutores. & facit. Cod. de eo qui pro tu. leg. j.

† Videtur p hũc.§. quòd ſi ſint cõſtituti duo ꝓcuratores, quòd vnus poſſit agere ſine altero. de quo vide in ca.petitio tua.in glo.I. extra de ꝓcura.

DEcreto.] CASVS. Si pupilli patrimonium valde diffuſum eſt, ita quòd tutor non eſt ſufficiens ad miniſtrandũ, poteſt conſtitui actor à iudice qui adiuuet tutorem, & periculo tutoris: & quandoque cõſtituitur etiam dictus actor ex neceſſitate. & de hoc ponit exẽplum. Item dicit ꝙ ſi ex quatuor tutoribus duobus eorũ tutela cõmiſſa eſt, vnus eorũ poteſt agere nomine pupilli. Viuia.

c *Actor.* id eſt adiutor vel adminiſtrator: vt ſupra de tu.l. ſolet.in fine. & quandoque tutor vel curator ſine periculo tutoris: vt.d.l. ſolet.in princip.

d *Id poſtulet.* item aliàs: vt.j.eo.ſiue.in fi.& inſtit. de cu.§. fina.

e *Neceſſariò.* ſ. fuit neceſſitas rei, id eſt adminiſtrationis, ſed non perſonæ actoris: quia & per procuratorem poterat nõ ſolùm per actorẽ prouideri: hîc rei & perſonæ. Vel dic quòd.ſ. nec perſonæ nec rei fuit neceſſitas, licet fuit cauſa: quia diffuſa negotia, vel propter ætatẽ vel propter valetudinẽ. hîc verò eſt perſonæ neceſſitas. & facit.C.de proc.l.neq;.& cauet de rato: vt.j. rẽ ra.ha.l. actor.

f *Permiſſum.* inſolidum cõtra debitorem pupilli.ad quod eſt.C. ſi vnus ex pluribus tut.l.j.& de aucto.præ.l. fi. Sed arg. cõtra.ſ.man. l.antepen.§.duobus.& de arbit.l. ſicuti. & de procu.l.qui proprio §.fi.&.l.ſequẽ.&.C.de appel.l. in offerẽdis.§.ſi verò. ADDITIO. Dic ſecundũ Barto.quòd aliud eſt in tutoribus, cũ ius tutelæ ſit indiuiduum & inſolidũ apud quemlibet: vt infra eo.l.inter tutores. Aliud in procuratoribus: vt in cõtrariis legibus. & iſtam materiam expedit plenè idẽ Bart.in repetitione.l.j.§. ſi plures.ſ.de exerci.

g *Non poſſunt.* cõmodè inſolidum: vt ſupra.l.iij.§.apparet.vel quia impeditur alter eorum: & ſic de impotentia facti non iuris dicit. ſic inſtit. de codicil.§.j.

SI minoris.] CASVS. Finita tutela habuit pupillus curatores: & curatorũ auctoritate conuenit tutores actione tutelæ, & culpa eorundẽ curatorum petiit minus à tutoribus pupillus quondam quàm recipere deberet. vnde pupillus ꝓpter hoc egit cõtra dictos curatores: & cõdemnati ſunt ei ad intereſſe: & iterum reſtitui vult pup.aduerſus tutores, & petere illud quod deerat ad condẽnationem de eis factam. Certè bene poteſt. Sed quid ſi velit pup. agere contra curatores ex dicta ſententia qua ei fuerunt condemnati ad

A intereſſe? Certè habẽt dicti curatores aduerſus eũ excep.doli, donec cedat ei aduerſus tutores actiones. Sed quid ſi curatores iam ſatiſfecerãt ex dicta ſententia: & ſic pupillus quondã habet ſuum intereſſe: & ſic nõ remanet damnificatus ex eo ꝙ tutores ſui quondã in minus ſint cõuenti & cõdemnati quàm deberent? Certè nõ poterit pup.cõtra tutores reſtitui, & cõtra eos agere: poterit tamen curatoribus qui ſatisfecerũt, cõtra tutores cedere actiones: & actio quę nõ erat vtilis pup. erit vtilis illis quibus ipſe cedit, id eſt curatoribus. Viuianus.

h *Si minoris.* q̃ tenerentur tutores. & dic caſum: Curatores nomine adulti propoſuerũt cõtra tutores quõdam actionẽ tutelæ indiſtinctè, vt redderẽt rationẽ adminiſtratiõis. in proceſſu cauſæ culpã imputant frumẽti malè venditi in.x. cũ poſſent ęſtimare culpã in.xx. iudex dãnauit tutores in.x. adulto. hãc culpam poteſt imputare curatoribus: quod ſi facit, cedet curatoribus in integrum reſtitutionis auxiliũ cõtra ſentẽtiam & actionem tutelę. tutores autẽ non cõueniuntur ab adulto, ſi iam cõſecutus eſt à curatoribus quod ſibi debetur: quia de pręda eſſet ſollicitus. Si autẽ poneres ꝙ actio propoſita eſſet in.x. ipſo iure non ob. in maiori ſumma ex eadem vel ex alia ſpecie debita: vt inſti.de act.§.ſi minus. Item ſi ponetes agi ex vna ſpecie, puta frumẽti, & nunc ex alia, ipſo iure nõ ob. exceptio.j.de excep.rei iu.l.cũ quæritur. ſed in noſtro caſu indiſtinctè egit. ſed ſpeciem frumẽti fuit proſecutus, & de cæteris

Caſum ponit.

D abſolutus. & ſic habet locũ replicatio in aliis iure communi: & ſic ceſſat reſtitutio in integrũ: vt.ſ.de mi.l.in cauſę.&.C.de iudi.l.licet. In ſpecie verò frumẽti in integrũ reſtitutio cõtra ſententiã locum non habet. Poteſt etiam dici quòd hîc ab initio nõ fuit actum, niſi in ſpecie frumenti & ſententia data in.x. & in aliis abſolutus.

i *Ei.* ſcilicet adulto.

k *Condemnati.* curatores.

l *Minoris.* quàm deberent.

m *Poſſe reſtitui.* Ordinariũ nõ excludit extraordinariũ. & ſic eſt cõtra.ſ.de mino.l.in cauſę.&.C. de iudi.l. ꝓperandũ.§.fi.Solu.vt.C.ſi tut.vel cur.l.fi. Itẽ ad quid datur reſtitutio, cũ habeat actionẽ in factũ de re iudicata cõtra curatores, & ſic nõ intereſt eius? Reſpõ. vt poſſit eã cedere: vt.ſ.de min.l.ꝙ ſi mino.§.j. vel quia habere plures reos intereſt: vt.j.de lib.le.l.iij.in fin.& quia expedit ſibi habere curatores locupletes. vel dic ꝙ nõ eſt oppo. per.d.l.C.ſi tu.l.fi. Accur.

Ordinariũ nõ excludit extraordinarium.

n *Prouocantes.* Azo & H. dicunt à ſententia qua minori damnati

E ſunt tutores minùs q̃ deberẽt: vt.ſ.poſuit.& hoc ideo, quia.j.dicit actiones cedẽdas, ſcilicet tutelæ, & de rationibus diſtrahẽdis, quæ non poſſunt etiã cedi niſi appellatum eſſet. Sed ſecundum hoc, in qua cauſa obiicitur exceptio doli? Reſpõ. in actione in factũ, qua agitur cõtra tutores. Vel dic appellãtes à ſentẽtia lata contra ſe curatores pro adulto. & tũc bene ſtat exceptio doli. Sed tunc quæ actio ceditur ſi ſentẽtia prima trãſiuit in rem iudi? Rñ.in integrum reſtitutio: vt.ſ.de mino.l.ꝙ ſi minor. Itẽ & tutelæ quæ cõpetit pręhabita reſtitutione. cõditionalis enim obligationis poteſt fieri ceſſio: vt.C.de don.l.ſpẽ. Alij dicũt à neutra appellãtes.i.reclamãtes. Itẽ quo modo poſt ſentẽtiam opponitur exceptio doli perẽptoria? Rñ.in cauſa appellationis ſecundũ caſum: vt.C.de tẽp. & re.p hãc ſecundũ primũ & tertiũ dic ꝙ hic eſt caſus ſpecialis.ſ.cedendarum actionũ: vt.j.de fideiuſ.l.ſi fideiuſſo.§.idẽ.& no.ſ.ad Mace.tametſi.

o *Mandentur.* in eo quod non eſt petitum in ea ſpecie.

abeſt, qui de preda[a] magis quàm de damno ſollicitus eſt: niſi fortè[b] mandare actiones paratus ſit curatoribus.

XXVI. PAVLVS *libro viceſimo quarto ad Edictum.*

Cvm curatore[c] & protutore etiam manente adminiſtratione agi poteſt.

Tutor qui bene facit, habetur pro domino. Bartolus.

XXVII. IDEM *libro ſeptimo ad Plautium.*

5 Tvtor qui tutelã gerit, quãtum ad prouidentiam pupillarem,[d] domini loco haberi debet.†

Finita tutela finiuntur ſatiſdationes iudiciales. Bartolus.

XXVIII. MARCELLVS *libro octauo Digeſtorum.*

6 Tvtor pro pupillo in iudicium vocatus, ſolenniter cauit.[e] Si inter moras puer ad pubertatem peruenit: non eſt cogẽdus accipere[f] iudicium.

Ille per quem non ſtat quò minus reliqua ſoluat: ad vſuras non tenetur. Bartolus.

Tutor qui poſt pubertatem pupilli negotiorũ eius adminiſtratione abſtinuit, vſuras præſtare nõ debet,[g] ex quo obtulit pecuniam. [Vlpianus* notat,[h] non ſufficit obtuliſſe, niſi & depoſuit obſignatã tuto in loco.] Quinetiam iuſtius mihi videtur, eũ per quem non ſtetit[i] quò minus cõuẽtus reſtitueret tutelã,[k] ad pręſtationem vſurarũ non cõpelli.[l]

XXIX. IDEM *libro octauo Digeſtorum.*

